



Ge. 101.

TRACTATUS
DE ADVLTERIIS,
IVRIBVS TVM DIVINIS,
tum Canonicis, & Ciuilibus, ac
Doctorum auctoritatibus
confirmatus,

AUCTORE
D. FLAMINIO DE RVBEIS
Vtinense V. I. D.

Nunc secundo in lucem editus,
Summariis, ac Indice Materiarum appositis.



FRANCOFVRTI,
Ex Officina Paltheniana, Anno 1600.

TRACTATUS

DE

VERBIS

ET

ACTIBUS

DOMINI

IN

CONGREGATIONE

ET

IN

CONGREGATIONE

ET

IN

CONGREGATIONE

ET

IN

CONGREGATIONE

ET

IN

CONGREGATIONE

ET

IN

CONGREGATIONE

ET

IN





ILLVSTRISSI^{MO}

VIRO, DN. NICOLAO
CONTARENC, PATRITIO
Veneto, atq; grauis.

ILLVSTRISSIMI DE-
CEMVIRORVM COLLEGII
III. viro Patrono suo Colend.

FLAMINIUS DE RVBEIS
Vtinensis, I. C. S. P. D.



IV mecum anxius; vir Il-
lustr. deliberaui, quanam
ratione tibi patrono meo,
quem mihi iam pridem ad
obseruandum, & colendum proposui,
aliquam studii, ac voluntatis in te meæ
significationem præberem: nam cum
me tibi, propter magnitudinem tuorū

A 2

in me meritorum plurimum debere intelligam, quanquam certus sum, a me gratiam referri non posse (habeo quidem ante, habeboque dum viuam) usquedum tamen illæ non constant, testificatione mea apud omnes, mihi plane ingratus esse videar. Quis autem est ex nostratibus omnibus, qui se tibi in perpetuum debere non fateatur? Hoc enim superiore vertente anno, dum Foro iulienſium prouinciã multa cum gloria tua, & nostrum omnium felicitate ex Senatus decreto moderatus es, tanta in te enituit Prudentia, Iustitia, Comitas, & Clementia, ut passim omnes protestentur, te ea in nobis præclarissimarum virtutum tuarum vestigia ita impressisse, ut nullus omnino sit, qui memoria saltem, & beneuolentia nominis tui celebritatem non colat. Quis enim Illustrissimo huic unquam præfuit Magistratui, qui in te Vigilantia,

Proui-

DEDICATORIA. 5

*Prouidentia, Dexteritate, Celeritateq; in peragēdis rebus superarit, aut
 æquauerit? Tu noctes insomnes tradu-
 xisti, nos omni adempto metu, in aurem
 utramq; obdormiuimus. Tu finitimis,
 remotioribusq; populis ob frugum ino-
 piam vita periclitantibus, tanta nos
 frumenti copia satiasti, ut soli vide-
 remur, de quibus Deus immortalis
 cogitationem susceperit. Tu facinoro-
 sos homines a nostris finibus ita exegi-
 sti, ut tranquilla pace, bonorumq; no-
 strorum fructibus perfrui lætis animis
 nobis concesseris. Tu demum (ut alia
 multa præteream) ciuium nostrorum
 dissensiones, in ipso statim exortu, sum-
 ma cum celeritate restinxisti, odia se-
 dasti, amicitiam conciliasti. Nullo ta-
 men modo mihi silendum putauerim
 de conatu illo, quo tu solus triumphas,
 & superiorum pene temporum memo-
 riam obscurasti, dum offensus siccitate*

fontium, qui patrum tempestate ante annos sexaginta plus minus, immensi sumptu, laboreq; infinito, in urbem inuectorum haud ita multo post, cum siue temporum, siue hominum iniuria, aut qua alia causa turpiter exaruiscent, squalerentq; iam dudum crateres illi marmorei, a quibus per silenosa aquæ desilientes in suppositos lacus excipi solebant, nullus ad tuum usq; aduentum repertus est, qui ad hanc curam animum adiacere aliquando cogitauerit: qui decus, sordentibus vasis reponere tentauerit, & urbem uniuersam munere, tam precioso, tamq; exoptato recreauerit. Tibi, tibi, inquam, vir præstantissime, laus hæc integra reserbatur, ut unus esses, cui uno tempore, & cibum, & potum, quibus fames, sitisq; depulsa est, hoc est, ipsam vitam deberemus: Hoc enim negotium aggressus, industria tua, & vigilantia

singul-

DEDICATORIA.

7

singulari sic effecisti, ut in semestri spatio, satis modica impensa, totum opus absolueretur, quod ante a longissimi temporis curriculo, ingentique pecunia perfici minime potuerat: aquasq; tam uberes, tamq; copiosas attulisti, ut non potationibus modo, & lauationibus, sed etiam quibusuis hominum, iumentorumq; usibus abunde sufficiant. In summa, quicquid pulchri & boni ad usum, ornatumq; Ciuitatis nostrae deesse videbatur, aut desiderari poterat, tu solus tua summa bonitate, & ingenio diuinitus condonasti. Hisce profecto diuinis, heroicisq; largitionibus cunctos tibi Vtinenses deuinxisti: at me unum, iam pridem in tuam clientelam receptum, quasi hereditario iure, cum scires Ioan. Franc. Iurisconsultum patrem meum in Patauina Prætura M. Ant. Contareno, cognomento Philosopho annis abhinc quinquaginta asse-

disse per quæ honorificentissime, Quintilis mense proxime exacto, dum Senatores illos gravissimos Venetiis in re magni ponderis præhensarem, ut tu nosti, mihi semper præsto fuisti tanta benevolentia, tanto studio, tantaque auctoritate me iuivisti, ut fatendum sit mihi in te uno spem omnem meam, domusque mea decus, & ornamentum sita fuisse. Quæ cum ita se habeant, iam constat nullo me obsequii genere dignas satis tibi gratias referre posse, animo autem habere, & posse, & velle. In cuius rei testimonium tractatum hunc meum de Adulteriis, cæptum absolutumque, dum domi me continerem, ut morbo depulso, vires corporis reciperem, tuo nomini amplissimo, in mea in te summae fidei, & observatiæ pignus dicare constitui. Spero namque hinc tantum ponderis huic meo tractatui accessurum, ut nullus omnino tam liuidus futurus sit, qui

sit, qui

DEDICATORIA.

9

sit, qui ausit opus, auctoremue lacera-
re. Tu hilari animo munusculū obla-
tum suscipe, quod si tibi probari intel-
lexero, satis amplum me præmium re-
tulisse existimabo. Vale. Utino
Idibus Iulii M. D. XCIX.



IN CELEBRE OPVS DE
ADVLTERIIS CLARISSIMI
Iureconsulti

D. Flamini de Rubeis.

Flaminius iuris decus & norma unica legum,
Et Rubei generis clara propago sui.
Sic labem infandam culto ore & diuite vena
Arguit impuri crimina Adulterii:
Vi, qui hoc flagitio thalamos infecerit ullos,
Arma Dei metuat, quisquis Adulter erit.
Tu monitus, cautusq; graui scriptore, sub orbe
Non Aegisthus eris, nec Paris alter eris.

A S

DE

De eodem

AD ILLUSTRISSIMUM
& Ampliss. Senatorem, D. Nico-
laum Contarenum.

Pollutas Veneristadas, & sancta hymenei
Lesas, maritalis iura, fidemque thori;
Excelsū eloquio quod tale haud protulit Auctor,
Nec par Virgilio, nec Ciceronis, opus:
Sacrarum exemplar legum, custosq; Pudoris
Insideti, antiquum coniugiumque tuens:
Dedicat ecce tibi morum, & virtutis alumne
CONTARENE, unū quem beat alma The-
Ut qui praecipuo es virtutibus auctus honore, (mis,
Ob tua Romanis emula facta viris,
Per celebri fama Auctoris loca cuncta pererres,
Inq; omnem Europam conspiciendus eas.

DE



DE ADVLTERIIS TRA-
CTAVS ABSOLVTIS-

S I M V S

D. Flammini de Rubeis Iuriscons.
Vtinensis.

S V M M A R I A.

- 1 *Definitio in omni disputatione debet prae-
dere.*
- 2 *Adulterii varia definitiones.*
- 3 *Adulterium quod est, alicubi pro adulterio
non habitū fuisse: cum aliquibus exemplis.*
- 4 *Adulterii definitioni an conveniat transitus
ad alienū thorum, vel alieni thori violatio.*
- 5 *Adulterii nomine & pœnis qua mulier ex-
cusari aliquando possit: etiam propter solū
pudorem excusatur. 6. etiam propter multiā
pecuniam. 7. an viro ob senium existente
impotente. 8.*
- 9 *Vir patiens coniugem adulterari, leno est.*
- 10 *Lenocinium crimen adulterio maius.*
- 11 *Abrahami coitus cum ancilla ut excusatur.*

CAPVT I.



OMANORVM sapientissi-
mus ille, latineq; linguæ pa-
ter M. Cicero cum de officiis
Mar-

Marcum filiū instituturus esset, quid officium esset, primum cognoscendū censuit, ea ratione, quam mox subintulit, q̄ t̄ omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit de quo disputatur, mutatus quidem hanc rationem a Græcis, nempe a Platone in Phædro, quamq; nostrates iure consulti amplexati sunt sæpe, vt in l. 1. ff. de dol. mal. in l. 1. ff. si cer. pet. in l. 1. ff. de iust. & iur. atque alibi sæpe. Nos vero sapientissimorum virorum secuti vestigia, diffinientes † Adulterium, de quo tractare in **animo** est, illud non aliud esse asseueramus, q̄ Transitionem quandam ad alienum thorum, libidinis satiandæ causa, quod alii violationem alieni thori esse dixerunt, per tex. in l. non mæchaberis. 32. q. 5. §. cum viro 36. q. 1. Diuus Tho. 2. 2. q. 154. art. 8. Angelica, Siluestrina, Pisanella, Caietana, Antonina, Fumana summe, & in summa omnes summæ in verbo *Adulterium* in primis verbis ita diffiniunt, vt sit violatio alieni thori, vel accessus ad thorum alienum; composito vocabulo
ex ad,

ex ad, & altero. *Soci. consil. 148. col. 1. lib. 1.* thori alieni violationem dicit. *Alex. consi. 195 nu. 4. li. 2.* Adulterium accessu ad alienum thorum putat. *Rol. a Val. consi. 74. nu. 13. lib. 1.* violationem alieni thori appellat, & *consil. 96. nu. 31. lib. 3.* transitum ad alienum thorum pronuntiat. *Foller. in pract. Crim. Can par. 2. in ver. flagitium. nu. 11.* affirmat & ipse, esse alieni thori violationem, vel sui deturpationem *ex. d. c. non mæchaberis. 32. q. 5.* latius diffiniendo, cum etiam coniugatum cum soluta comprehendat: de qua re tamen latius suo loco dicemus. *Goffr. in sum. tit. de adul. & stupro nu. 1. fol. 43.* consentit huic ipsi diffinitioni, ut sit alieni violatio, suiq; thori deturpatione. *Goza. consi. 21. nu. 5.* est (inquit) alieni thori violatio, quasi transitus ad alterius thorum. *Bonifa. de Vitelli. in titu. de adulter. numero undecimo. fol. undecimo.* cum aliis pertransit, ut sit violatio alieni thori. Quidam dicunt, quod est coitus carnalis cum vxore aliena, sicque cum legata. *per gl. in authet. de incest. sup in prin. & not. quidam in l. adulterium. cum ince ff. ad l. Iul. de adul. Ang. in trac. malef. in ver. adulteratio col.*

*tio. col. pen. Fel. in c. secūdo loco, non longe ab
 initio 2. col. de prescr. Alcia. li. 1. de verb. sig.
 col. 2. ver. ad hanc speciem. Cum adulteriū
 (inquit) in l. Julia, cum vxore aliena di-
 cimus, proprie dicim⁹. & li. 4. col. 15. ver.
 10. Modestinum insectatur, qui ad-
 ulterium in nuptam, stuprum in vidu-
 am, virginem, puerūve committi scri-
 psit. Et in summa omnes quotquot de
 hac re scripserunt, ita pertranseunt, se-
 quentes alter alterū, vt mos nostratiū
 est. Ego vero mācam esse diffinitionē
 illam ratus, quæ habet, vt sit transitus
 ad alienum thorū, non tam facile eam
 probo, cū transire quis possit ad tho-
 rum, vel benedictionis gratia, vt sacer-
 dotes, vel caloris, vt decrepiti sēes, ex-
 ēplo Dauidis, vel necessitatis, vt peri-
 grinantes, ad tuguriola, vel ergastula
 admodū angusta se recipientes: aut æ-
 grotantes, admodumq; inopes, ne hu-
 mi iaceant in pauperum domunculis,
 vel tandem necessitudinis obtentu, vt
 cōsanguinei arctissimo sāguinis nexu
 coniūcti, ideo transitioni addidi: libi-
 dinis causa. Et quidem quis adulteriū
 3 dixerit eius, qui ex regionis more, t̄pri-
 ma nocte cum Principis sui sponsa ar-*

matus decūbit? vt seruari aiunt in hæc
 vsq; tempora apud Sarmatas? de qua
 materia videnda sūt, quæ misit in lite-
 ras *Boer. decis. 297. nu. 17. par. 2.* Augilarū
 fœminæ (hi populi sūt Marmaricæ A-
 fricæ regionis) nocte, qua nubūt ōni-
 um coitu prostituūtur, neq; quisq; ex-
 cluditur, modo ne vacu^o accedat. Au-
 ctores sunt *c. 44. Sol. & Mela li. 1. c. 8.* Vol-
 sinium nobilissimū oppidum, diuitiis
 affluens, & moribus ornatum, legibus
 dehinc iustissimis institutum seruorū
 miserabile spectaculū præbuisse ferūt.
 Namq; cum Ciues laxis frenis cū ser-
 uis egissent familiaris, illos etiā non-
 nunq̄ ad consilia admittētes publica,
 tandē Senatorum admodū pauci or-
 dinē intrare ausi, mox serui vniuersā
 Remp. occuparūt: testamenta ad eo-
 rum nutum scribi iusserunt: conuiuia
 cœtusq; optimatū fieri vetuerūt: legeq;
 tandē cauerūt, vt eorum supra in nu-
 ptis pariter, & viduis impūta essēt; ac
 nequa virgo ingenuo nuberet, cui^o ca-
 stitatē nō āte aliquis ex seruorū gene-
 re delibasset: sic prouinciæ caput e m-
 poriū per indulgētia in seruos in turpi-
 tudinē, iniuriā, & miserā collapsa est.

Hyettus Arguius, post Moluti cędem in vxoris adulterio deprehensi, ad Orchomenum venit Mynię filium, a quo parte regionis accepta, omnium primus in adulteros legem sanxit, *vt refert Celius Rhodi. c. 25. l. 20.* Lycurgi quoque legem fuisse memorię proditum est, vt si quis ętate prouectior, nuptiisq; intempestiuior, puellulam primę pubis duxisset, huic integrum esset ex adolescentibus seligere aliquem, qui venere potentior, feracem pręcurrēs vterum, generoso impleret semine, modo quod natum esset viri assereretur. Cui Lycurgi legi non admodum absimilis fuit alia Solonis lex, quippe quę vxoribus permittebat, vt si mariti in venereis rebus ignauiores essent, ex necessariis aliquem sibi dispicerēt, quicum colluctarentur, nec iccirco alienum, dici quod nasceretur. Ex quibus plane intelligere possimus, non sponsę adulteri crimen adscribendū, quę vel moris, vel legis coactione cū altero, quā cum viro suo decubuisset.

Consequēter definitionē illam simplicem transitus ad alienum thorum, adulte-

adulterio haud quaquam conuenire. Sicut & alteram t[em]p[or]i propemodum ratione impugnamus, nempe quod sit alieni thori violatio, vel sui deturpatio. Finge etenim vim passam mulierem, ut de Lucretia Romana Collatini coniuge scribunt *Liui. deca. 1. lib. 1. Val. Max. lib. 6. c. 1.* cuius de pudicitia inscriptio est. *Io. Boccac. in lib. de viris illustribus.* atque alii alibi frequenter, imo & ipse *text. in c. proposito. 32. q. 5.* eiusdem Lucretiae castitatem commendat, tametsi vim passae, & adulterio compressae, cuius quidem *tex. formalia verba, desumpta ex Aug. de Ciuit. Dei,* intexere non me piget, cum illa quaestionem & moueant, & resoluant, & sunt haec: *Lucretiam matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitiae magnis efferunt laudibus, cuius corpore cum violentus Tarquinii Regis filius libidinosus positus esset, illa scelus improbissimi iuuenis marito Collatino, & propinquo Bruto, viris Clarissimis, & fortissimis indicauit, & ad vindictam constrinxit. Deinde faedi in se commissi sceleris agra, atque impatiens, se peremit. Quid dicimus? adultera haec, an casta dicenda est? quis in hac controversia index laborabit? egre-*

gie quidem ex hoc, & veraciter declamans
 ait; mirabile dictu, duo fuerunt, & unus ad-
 ulterium commisit: splendidissime, atque ve-
 rissime; intuens. n. in duorum corporum com-
 misionem, unius inquinatissimam cupidita-
 tem, unius castissimam voluntatem, & non
 quod coniunctione corporum, sed quod animo-
 rum diuersitate agerent, attendens: duo (in-
 quit) fuerunt, & unus adulterium commi-
 sit. Hucusq; Aug. & tex. Ex quibus fa-
 cile intelligere possumus, tantum ab-
 fuisse, vt adulterio Lucretia pollueretur,
 vt magis gloriosa morte castita-
 tem animi sui æternitati consecrauerit,
 posterisq; memorabile exemplum
 suæ in virum fidei, & voluntatis reli-
 querit. Fulcit hanc veritatem † *tex. in*
c. de pudicitia. imo totus tit. 32. q. 5. qui cor-
 poris pollutionem, nisi mens consen-
 serit, animam non inficere, multis san-
 ctorum patrum testimoniis compro-
 bat, confirmatque *glo. in c. debitores. in*
glos. fi. de iureiur. quæ simile affert, quod
 non peccat soluens, sed extorquens
 vsuras, & bonus text *in l. fædissimam. C.*
ad leg. Iul. de adulter. Bal. quoque in leg. eam,
quam, col. 9. ver. scias, quod incesti Spurii. C.
de fidei com. dixit, quod adulte ata a Re-

ge, vel Tyranno adulteræ nomine appellari non potest, quia præsumitur vim passa, metuque percussa, ideoque de adulterio accusari non potest, sed bene ex eo natum poterit instituere. Quis enim Regi resistere potest, iuxta illud:

An nescis longas regibus esse manus?

Quis Tyrannum non formidabit, cuius solum nomen terrorē incutit? Hos siquidem regnare permittit Deus propter populorum scelera, teste D. Tho. in 2. senten. dist. 44. & cum vitæ, & necis potestas sit in manu eius, dicat qui sapit, num illi resisti possit, & an libidine eius frenare queat scemella tyrannidicis subiecta? Hinc Summistæ omnes in verbo Adulterium, tenent de adulterio minime damnari posse, quæ vim metumque est passa. Ita Ang. de Clauas. vers. 7. Syluest. vers. 8. & 9. Fum. vers. 5. Eruditiss. Menoch. de arbit. iudi. sent. cas. 354. n. 9. Satis pulchre Carer. quoque in prac. crim. in tract. de homici. §. 6. nu. 256. fol. 121. probantes, committi adulteriū posse sine dolo, Ideoque & pœnā nullā infligendā nec corporalem, nec amissionis dotis nec perditionis cōtradotis aut aliorum lucrorum nuptialiū, ex Abba. in consi. 4.

vbi, si vis metusue non fuit absolutus, & præcisus, sed conditionatus, vt quia occidi formidauit, ideoque cōsensit, alioqui non consensura, nō est omnino immunis, quia coram Deo peccauit, quamquam secundum leges, nullas adulterii pœnas incurrit, *l. vim passam, ff. ad leg. Iul. de adult. l. si uxor, § si quis, 6 eo. tit.* Quinetiam † relati Doct. ex Abb. *d. cons. 4.* affirmant, quod non tantum metus, sed & solus pudor mulierem excusat ab adulterii pœnis, puta si noctis tempore a potenti viro oppressa clamare non est ausa, cum eo casu cesset dolus, quo cessante, etiam pœnam cessare necesse est. Verecundia enim, & pudor sunt castitatis fratres, & impudicitiae frena, cum delicta nulla sine dolo committantur, *l. 1. l. lex Cornel. C. ad l. Corn. de sica. glo. & Bar. in l. 1. ff. de fidei. tut. visque, & metus semper excepti videantur, cum præsertim res est subditæ cum domino, inter quos cadit p̄sumtio metus, c. si diligenti, vbi Inno. super verb. titulus, circa medium, præscript. Ioann. Fab. in § æque. insti. de actio. etiam in media vrbe, si credimus Philo. Iudæ. in libr. de spe-*

de special. legi. pagel. 495. Et de adulterio cum inuita scribit Angel. in authen. de leno. col. 3. & per vim commissū adulterium † dici probat illud, quod data pecunia patratum est. Pet. Royz. dec. Lituanic. 5. nu. 290. fol. 210. cui arridet Poeta, inquiring.

Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?

Et qui vim addit adulterio, de utroque puniri debet, ut apud D. Tib. in tract. cri. c. 15. n. 10. fol. 221. par. 2. Ad hæc non committi adulterium quidam putant, † cū & mulier sagax sibi providere curauit eo casu, quo vir senex debitum reddere desiit. Nam viro adhuc generare potente, si mulier concipere non possit, vel muliere quidem ad concipiendum apta, si vir nequeat, lites, & discordiæ inter ipsos coniuges oriuntur, teste Arist. 7. Polit. c. 16. Vnde & gloss. nostra in l. fin. in vers. orbitates, C. ad l. Fla. de plagia. inutilem virum sortitam, viduam appellat. Quare nulli mirum videri putant quidam, si tali casu sibi consulens mulier, adulterii pœnam euitet. Ita Boer. dec. 297. n. 15. par. 1. qui alle. Petr.

de Rauen. dicentem, se iudice in cō-
 tingentia facti, mulierem absolutam,
per text. sing. in capit. si tu abstines, 27.6.2.
 cuius verba ex August. deprompta,
 sunt hæc: *Si tu abstines sine uxoris volun-
 tate, tribuis ei fornicandi licentiam, & pec-
 catum illius tuæ imputabitur abstinentiæ.*
 Fauet Hier. ad Furiam de vidui. seruan.
pag. 100. tom. 1. inquiens: Nulla virum
 ducit, vt cum marito non dormiat.
 Ante Pet. Rauen. autem eandem sen-
 tentiam fuerat amplexatus Fauenti.
 per communem reg. *quod qui caussam
 damni dat damnum dedisse videtur, leg.
 qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil.* Et eandē
 tenuisse atterit Cardin. & Guil. de Mont.
 Laud. in locis ab eo alle. Sed Pet R auē.
 & aliorum opinio non videtur sequē-
 da, tanquam nimium licentiæ mulie-
 bri tribuens, nimiumque sacramento
 matrimoni detrahens. Et hanc partē
 contra Pet tenuit gloss. *in dicto capitulo
 si tu abstines, quæ alle. bonum text. in ca.
 significasti, de diuor.* Nam licet vir occa-
 sionem adulterio quodāmodo præ-
 buisse videatur: debet tamen vxor in
 sacramento fide castitatem seruare:
 sequitur

*Sequitur Archid. in d. c. si tu abstines, qui all. text. in c. si quis coniugatus, ibi, procul dubio adulteraverit, ea. cau. & qua Hug. & tex. in c. puto, 32. q. 5. gl. 10. And. & Abb. in dict. ca. significasti, in 2. no. & in ca. discretionem, de eo qui cognou. consang. vxor. sua. Nec mouere debet tex. in cap. si tu abstines. Quoniam loquitur de tacita, fictaque licentia, non de vera, cum mariti consensus expressus non appareat, & tacitus non præsumatur propter infamiã inde prodeuntem. Hoc amplius dixerim, quod nec iste vir quidem volens, huiusmodi licentiam impartiri posset, absq; lenocinii metu, a pœna, cui omni semoto dubio, sese inuolueret, vnde pœna dignus esset, vt alio loco dice^r inferius. † Vnde dicēdū venit, q̄ alioq; vir patiēs adulterari coniugē suam, leno est, vt *supr. Pet. Royz. dec. Litu. 4. numer. 132 fol. 121.* Estque lenocinium a adulterio maius crimen, vt per † *Novel. in pract. crim. §. non inutiliter, numero 12. 11. folio centesimo sexagesimo quinto. vbi habes, numero decimotertio quot modis Lenocinium committatur. Et quamuis alicubi locorum in sacris**

literis legamus Abrahamum a Sara
 II coniuge sua hanc licentiam habuisse,
 ut coiret cum ancilla Agar, filiosque
 susciperet, ut *Gen. c. 16. & ca. recurrat, & c.*
dixit Sara 32. quæst. 4. Nihilominus haud
 difficulter dilui isthæc obiectio potest,
 cum huic ipsi dubitationi responderi
 possit, nempe Abrahamum ad Agar
 accessisse affectu maritali, in cuius
 quidem Abrahami excusatione non
 nulla adducit Bart. Brix. in suis quæst. do-
 minicalib. q. 32. n. 23. in 12. volu. tract. Ideo
 nullus sibi blandiatur, nec ex eo ad tē-
 pus referat præsens: Dixit enim Paul.
ad Rom. c. 7. Peccatum non cognoui, nisi per
legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi
lex diceret, non concupisces. Vnde idem
 Pau. cap. 4. ad Rom. ait, *ubi non est lex, nec*
prævaricatio. Præterea, non carnis ar-
 dor, non libidinis impetus Abraha-
 mum ad adulterium perduxit, sed
 Dei voluntas, ut duos inde excitaret
 populos. Raritas dehinc hominum
 post diluuium exposcebat, ut crebrio-
 res fierent cum mulieribus congressus.
 Ideo non recte Abrahami exemplum
 ad nostra trahendum est tempora.

Quam-

Quamobrem ex his & aliis, quæ adduci possent, inferimus iam tandem diffinitionem nostram omnia alia præstantiorem esse, utpote quæ non simplicem transitum, aut coactam complectitur voluntatem, nec vnum modo, sed vtrumque, nempe marem, & foeminam apta est comprehendere. Quam diffinitionem fulcire videtur text. *in leg. inter liberos versicul. lege Iulia. ibi propter partum ex alio conceptum*, quæ verba supponunt libidinem coeuntis. sed clarius & apertius probat textus *in dicto capite non mæchaberis 32. questio. 5.* qui nuncupatim utitur verbis illis, *libidinis explenda*, quæ ipsa in nostra diffinitione sunt posita.

S V M M A R I A

- 1 *Adulterium stupro maius peccatum est.*
- 2 *Adulterium quid proprie, & improprie 6. & adulterari quid proprie & improprie 5.*
- 3 *Stuprum quid proprie & improprie, & 6.*

4 *Adulterium dici potest falsus coitus.*

CAPVT II.

IAm vero cognita diffinitione adulterii, illud consequenter scire oportet, quod adulterium stupro maius peccatum est, teste Gram. voto 17. nu. 16. Vnde dubitatum nonnunquam fuit, an statuto disponente, quod adulter capite plectatur, locum habeat in eo, qui virginem constuprauit, ut per Nouel. in pract. crim. §. non inutiliter, n. 10. fol. 164. ipsum (inquam) adulterii verbum nonnunquam promiscue accipitur, & confunditur cum verbo stuprum, ut probat text. in d. l. inter liberos, & melius in l. inter stuprum. ff. de ver. signif. tex. 31. quest. 1. tota d. 1. dis. c. illis tantis, & fere tota ea. dis. c. si quis Diaconus 50. dist. c. sunt Ecclesie & c. sequent. 32. questione septima. Sed intellige, ut id procedat improprie, quia adulterium proprie est cum nupta per iura modo ante citata, quæ id dicunt expresse. Alciat. latinæ linguæ acerrimus indagator, & perscrutator in locis antea alleg. nempe
lib.

libro 1. de ver. sig. col. 2. ver. ad hanc speciem. col. 2. tom. 1. Ad hanc speciẽ (inquit) pertinet, cum aliqua res speciali sibi nomine, & communi cum aliis appellari potest: Nam quod peculiarius sibi est, id eius est proprium: ut cum adulterium in lege Iulia cum uxore aliena dicimus, proprie dicimus: cum stuprum: quia etiam cum virgine, vidua, puero, meretrice admittitur, improprie. Et idem Alciatus libro quarto, columna secunda, versiculo ab hac non multum, & columna decima quinta, versiculo decimo, Modestinum insectatur. Idẽ affirmat, imo interpretando leg. inter stuprum, Digestis de verborum signification. in primis verbis, ait: Adulterium proprie in nupta admittitur, stuprum in virgine, vel vidua seu alia quolibet muliere, quæ corpore questum non faciat. In puero quoque perpetrari stuprum alibi dicitur, ut leg. stuprum, § primo, Digestis ad legem Iuliam, de adulteriis, & id ipsum Alciatus idem prætermissor. libro secundo, columna centesima septuagesima nona, confirmat, & parerg. iur. libro septimo, capite quinto, & dispunct. libro primo, cap. vigesimo sexto. Vbi, quod in vulgatis codicibus est, promiscue,

abradendum dicit, quia proprie in nuptam adulterium comittitur, propter partum ex altero conceptum, composito nomine, stuprum in virginem, viduamue. Compositum autem nomen est ex ad, & a erum, ex quibus fit, adulterium, *d. l. inter liberos*. Et ipsum adulterium tanquam illegitimum coitum dicere possumus falsum coitum, ut de adulterino nunc dicimus, de adulterinis clauibus, adulterino testamento, adulterina statera, adulterinis filiis, & similibus. Adulterare enim usurpari solet pro corrumpere, ut adulterare monetam, *l. aut facta, in fi ff. de pæn. adulterare rationes. in l. 1. ff. de seru. corrup.* De nummis adulterinis passim in tit. *ff. ad leg. Corn. de fal. Tiraquel. de retrac. consang. §. 1. gl. 20. in vers. aurum, & argentum, nu. 111. fo. 118. & Dantes.*

To sto libere fieri del adulterio

Per oro, & per argento adulterato

De stateris adulterinis, *l. annonam, quæ est lex. antepen. §. fi. ff. de extraord. crim.* De testamento adulterino. i. est, falso. *l. si quis legatum. Vbi gl. ff. ad l. Corn. de fal.* Ita etiam accipitur locus *Plin. natur. histo. lib. 19.*

lib. 19. c. 3. nempe adulteratus pro falsificato: vtunturque Latini hoc verbo deponenti, vt plurimum, licet A. Gel. noct† *Attic. lib. 10. ca. 23.* vsus fuerit actiuo s pro deponēti, vt adultero pro adulator, ex Cice. *offic. 1.* Et de proprietate, improprietateq; huius vocabuli scribit Zas. *in l. stipulationum. sub nu. 20. ff. de verb. obli.* De adulterinis autem filiis, quos nos bastardos appellamus scribit Plin. *d. lib. 10. c. 3.* Cic. *in Ora. pro A. Cluent. Dd. per eum tex. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. Castrens. consi. 19. num. 2. lib. 3.* Et notandum est hoc loco, quod Solō in suis legibus quas Atheniēsis præscripsit, cauit, vt adulteri vitādi gratia omnes sibi vxores proprias asciscerēt: quod si quis non obtēperasset, & alienis sese immiscuisset, nati ex adulterio Reipublicæ serui essent. Porro de differētia † inter adulterium, & stuprum 6 tradit Cotel. Cot. *in suis memorali. in ver. adulterium, ex l. inter stuprum, ff. de ver. sig.* Et in summa Doc. omnes* sequuntur * textus supra alle. *in d. l. inter stuprū, & in d. l. inter liberos:* affirmantes proprie in nupta, improprie in virgine, & vidua committi adulterium. Ita Doct. supra

relati, quibus accedit Placent. *in tract*
de accusat. publ. iudi. titu. 4. cui inscriptio est
ad le. Iul. de adulte. & stupr. nu. 2. fo. 127. in 3
volu. tracta. Roman. sing. 674. nu. 3. Vbi di-
cit, iure pontificio committi adulte-
rium posse cum virgine, iure autē Cæ-
sareo nequaquā. Ang. de malef. in ver. &
Andr. versic. habeas, num. 66. Vbi edisserit
quid sit adulterium, quid stuprum,
quid, nefarius coitus quid iucestu-
osus. Ioan. Berbe. in suo viator. in rubr.
de adulter. dicit adulterium proprie in
foemina dici, improprie in viro. Foller.
de censi. in ver. Nicolaus episcopus, num. 184.
fol. 113. Guid. Papæ, cons. 154. num. 1. Fran.
Marc. dec. 514. n. 19. var. 1. Soc. Iur. consil. 32.
n. 5. lib. 2. glo. in rub. C. ad l. Iul. de adul. tex.
in §. legis Iuli. inst. de pub. iudi. in fi. & ibi glo.
& Doct. Fauentq; verba Diui Pauli ad
Rom. cap. 7. ibi. Nam, quæ sub viro est muli-
er, alligata est legi viri; sin autem mortuus
fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur
viuente viro vocabitur adultera, si fu-
erit cum alio viro: si autem mortuus
fuerit vir eius, libera est a lege viri, vt
non sit adultera, si fuerit cum alio viro
Plusculū effatus est Diuus Hier. lib. 1.
aduers.

aduers. Iouinia. pag. 52. to. 2. nempe, quod adulter vocatur in suam vxorem amator ardentior: in aliena quippe vxore omnis amor est turpis, in sua nimius.

S V M M A R I A.

- 1 Adulterium an committatur cum sponsa, quæ nondum a sponso carnaliter cognita est, & num. 4.
- 2 Spes virtus quæ, quorum ve sit.
- 3 Nuptias facit consensus, non concubitus.
- 4 Donatio inter sponso de presenti prohibita.

C A P V T III.

Sed hoc loco insurgit non vulgaris dubitatio, num adulterium cõmittatur cum sponsa, quæ nondum cognita † carnaliter fuit a sponso suo, an non. Et distinctionis fœdere quidam dirimunt quæstionẽ, vt scilicet adulterium cõmittatur cū sponsa de præsentibus, non committatur cum ea, quæ futuris tantū verbis se obligauit; vel dicas, cõmitti, vbi est matrimoniū, non cõmitti vbi simplicia sunt spõsalia. Hanc partẽ tutatus est Card. in c. discretionem, de eo, qui cogno cõsang. vxor. sua. & Card. secutus est.

Franc.

Franc. Marc. decis. 722. nu. 8. lib. 2. Ipseque
 Card. alleg. pro se text. *in c. quidã. 32. q.*
 7. Ab altera parte stat Abbas *in d. ca. di-*
cretionũ. nu. 4. Vbi tenet cessare dubiũ
 in sponsa de præsentĩ. Tenet tamen i-
 dem esse etiam in spõsa de futuro, fal-
 tem ad finem, vt sponsa, & vir accusare
 possint adulterum, allegat pro se text.
in l. si uxore ff. ad l. Iul. de adul. gloss. in l.
propter violentam. eo. tit. Sed text. ibi vi-
 detur mihi contradicere, immo de-
 struere opinionem Abb. Dicit enim,
 quod sponsus, maritusue, qui non erat
 tẽpore admissi criminis, accusare non
 potest, sed accusat sola puella vim pas-
 sa, cum auctoritate Curatoris, quate-
 nus ait, nec matrimonium, nec spem
 matrimonii violare licet. Verbum e-
 nim illud, *spem*, non potest referri, nisi
 ad verba de futuro, quia non speran-
 tur, quæ tenentur, & possidentur, sed quæ
 nondum nostrasunt. Confirmant ver-
 ba Orige. super *Exod. hom. 9. Futurorum*
(inquit) spes laborantibus requiem ponit,
sicut in agone positis dolorem vulnerum mi-
tigat spes coronæ. Spes enim virtus est, te-
 ste Cassiodo. super *Psal. qua speramus;*
 † præ-

† premium vitæ æternæ iustorum me- 2
 ritis reddendum. Sed ciarius, & aper-
 tius Pau. ad Roma. ca. 8. his verbis. *spes*
autem qua videtur, non est spes: nam quod
videt quis quid speret? si autem quod non vi-
demus speramus, per patientiã expectamus.
 Et adducit præterea glo. in c. quemadmo-
 dum. de iureiur. Cum Card. tenent in si-
 gnes mod. Ant. Gom. & Cla. in pract.
 crim. in ver. adulterium. ver. sed hæc omnia.
 Et cum Abb. tenet M. Mant. in l. transi-
 gere, num. 52. C. de transact. qui attestatur
 hanc amplexatã ab omnibus * Quam- *
 quam contra communiter * teneri o. *
 pin. Abb. dicantur Gomez, & Euer. in
 locis ubi supra. Ego de stricto iure credi-
 derim Card. sententiã veriore esse,
 per verba satis perspicua in d. l. vxor.
 quamuis diuersa mitior videatur, & il-
 lam magis, quam hanc sequendam
 propter sceleris immunitatem iusto
 iudici; citra conscientiæ labem; vide-
 ri possit. Maledicta est enim pietasque
 destruit iustitiam, & bene tunc ciuita-
 tes reguntur, cum iniusti dant pœnas,
 teste Platone, quia indulgentia addit
 facinorosis hominibus animũ, indies

3 deteriora molendi. Adde, † quod cō-
 sensus facit nuptias, & non cōcubitus,
l. nuptias. ff. de reg. iur. gl. in verb. coniugatio.
insti. de nupt. §. illud. in auth. quib. mod. nat.
eff. leg. l. si. in princi. C. de repud. c. cum locum.
de sponsal. c. sufficit. c. matrimonium. 27. q. 2.
cap. tua, de spons. cum aliis concor. Et quia
 de proximo cingendus habetur pro
 accincto, *l. filius fa. ff. de milit. testament.*
 Vnde magnū censendū est delictum
 eius, qui suo adulterio nuptiis impe-
 dimentum attulit. Hoc amplius, iura
 loquentia de marito, locum habent
 etiam in sponso. Ad hoc text. cum ibi
 not. *in l. nō sine. C. de bonis qua lib.* Et in sa-
 cris literis videmus sæpe vocari spon-
 sam, de sponsatamque illam, quæ iam
 nupletat, & vxor effecta erat, quæ ad-
 modū probat S. Hier. *contra Heluidium,*
de perpet. virg. Beatae Mariae. pagi. 5. Tom. 2.
 4 Sed quod † cum spōsa de præsentī nō-
 dum cognita proprie adulteriū com-
 mittatur, dicit glo. *in d. c. discretionem. in*
ver. reatū adulterii. de eo, qui cogno. consang.
vxor. suæ, quam gl. ab ōnibus* acceptam
 * ex M. Mant. perhibet Clau. *in dudum*
citato

*citato loco. Inno. in d. cap. discretionem. An-
cha. in c. significavit, de eo, qui dux. in uxore.
quã polluit. per adult. Bal. in Margari. in ver.
adulterium. Et hinc † inferunt quidam §
ad eam quæstionem, quæ habet, quod
sicut inhibita est donatio inter virum
& uxorem: ita censeatur prohibita in-
ter sponfos per verba de præfenti. per l.
si. ff. de donat. inter vir. & uxor. Bar. in l. cum
pater. ff. de pac. Bald. in l. Deo nobis. col. 4. C. de
episco. & cler. Castren. & Alex. in l. si ante
nuptias. ff. sol. mat. Ang. Aret. in §. fuerat. in-
stit. de actio. Quæ etiã cõclusio non pro-
cedit sine scrupulo, cum alii iuerint in
alia omnia, quos recenset Fely. in rub. de
spons. videto Bart. in l. cum sponsus. in prin-
cip. ff. de public. Ioann. Lup. in repetitione
Rubri. de donatione inter virum & uxor.
colum. octava. in fine. & colum. nona. rursus-
que colum. 23. vsque ad 40.*

S V M M A R I V M.

*Adulterium an vir committat cum ea,
quæ quidem sit iugata, sed prostituis-
se, verum ipsamet adultera est.*

CAPVT IIII.

Porro non est inutile illud scire, num adulterium dicatur, quo ad virum in eam, quæ licet alicui copulata esset, publice tamen corporis sui quæstū faciebat. Et vere quæstio hæc non est noua, sed quandoque a Dd. tractata. In qua conclusiue, & resolute procedēdo, dico, quod mulier nupta, licet meretriciã exerceat artem, non tamen ab adulterii pœna immunis euadit: vir autem cognoscēs illam, quæ & ante, & post matrimonium passim prostitui se ab omnibus publice passa est, adulterii crimine non adstringitur: probat hoc text. in l. si ea, quæ. C. ad leg. Iul. de adulter. vbi Dd. omnes. * Gardin. titu. de quæstio. circa princip. fauetque l. prima. C. manda. alle. Rayn. in l. si pater. §. primo. de donat. Capic. decisione quadragesima quarta, numero quarto. Dom. Marquar. de Susa. conciuis olim meus, & patris loco venerandus, in tracta. de Iudæ. parte secunda. cap. tertio, numero septimo, octauo, nono. 17. 18. 19. 20. 21. vbi amplissime tractat, & Clar. communem* in pract. crimin. in §. adulteriū. vers. quero nunquid. Folle. quoque de censi. in vers. Nicol.

Nicol. Episc. nu. 183 fol. 113. & ante hos omnes Barto. in l. verum. ff. de furt. in l. si uxor. in princip. & in l. si quis uxori §. sed ea. ff. ad leg. Iul. de adulter. quicquid ructauerint in contrarium gl. in d. l. si ea. in versi. adulterium. in l. quæ adulterium. C. eod. titu. Qua in re non esse mihi longius immorandum censeo, cum Doct. præallega. aliorum multorumque aduocent auctoritates, pluresq; ingerât rationes apud eos videndas, quia late multa profundunt circa hanc quæst. præsertim D. Marquard. & Foll. in præcitatis locis. Alex. consi. 99. nume. 11. lib. 6. Castren. in l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condictio. ob turp. cau. qui dicit, non effugere adulterii pœnam, quæ profitetur deinceps meretrix esse velle. Sicut & nuptæ meretrici se commiscens, licet de iure ciuili non puniatur, non tamẽ omnino impunitus euadit, vt concludit Bernar. Diaz. in præct. Crimin. Canon. capi. 29. numero quinto.

S V M M A R I A.

I Adulter an fiat coniugatus, qui cum soluta coit.

CAPUT V.

NVnc maior sese offert dubitatio num coniugatus vir, subigens solutam, adulterium cōmittat. Et quia non est instituti mei ad partes disputando singulas dirimere quæstiones, cum gaudeant breuitate moderni, & dulcius, ac delectabilius sit resolutiones habere, quam cum tædio diutius ac oporteat, immorari: idcirco dico *veram, & communiter* receptam esse concusionem, quod coniugatus cognoscens solutam, de iure civili non est adulter, de iure Pontificio adulter est. De iure Canon. est text. *in cap. puto, in princip. 32. questio. 5. per generalitatem eius text. sed melior est text. in capi. nemo. 32. q. 4.* per quæ iura Docto. communiter tenent, *adulterum non minus dici³ coniugatum cum soluta, quam soluto nuptam se commiscentem adulterã, *Castren. cons. 392. Viso quodam libello, colum. tertia, in antiq. consil. 128. Hac mulier. Bonifa. de Vitell. in rubr. de adult. in princ.* Vnde concludunt, mulierem petere posse thori separationem eo casu, simul atque dotis restitutionem. *Barb. consi. 95.*

colum. 10 lib. 1. Cuman. consi. 175. in fi. Socy. iun. consi. 32. nu. 6. 7. 8. 9. libro 2. Et cum distinctione iuris Cæsarei, & iuris Pontificii procedunt Cy. Ang. Saly. in l. cum duas. & Cyn in l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter. tex. est, ubi aduertit Sal. in d. l. 1. & ad idem tex. in l. inter liberos. ff. ad leg. Iul. de adulter. §. lex Iulia, & §. cum ergo. 36. quest. 1. Host. in sum. titu. de adulter. §. 1. Archid. in d. c. nemo. 32. quest. 4. Gozad. consi. 21. nu. 5. Socy. Iun. consi. 32. num. 6. lib. 2. Cagno. in l. si qua illustr. nu. 36. & sequ. C. ad Orfic. Alex. consi. 74. lib. 5. Dec. consil. 311. & consil. 306. Soc. in l. Gallus. §. quid si is. colum. fin ff. de li. & posthu. Bald. in d. l. 1. C. ad leg. Iul. de adult. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Alba consi. 37. nu. 1. Rol. a val. consi. 74. nu. 20. lib. 1. qui & ipse, largo modo, id est, iure Pontificio adulterium dici posse ait, iure autem Cæsareo, & sic stricte nequaquã. Abb. in c. transmissa. nume. 5. de eo, qui cogno. consang. uxor sua. Communem* appellant Clar. d. §. adulterium. versiculo tribus. & Suarez. in thesaur. recept. sent. in versi. adulterium. nume. octuagesimo sexto Paulus Griland. de pænis omnifar. coitus numero duodecimo Syluestr. Aldobrandinus in S. affinitatis.

nume. 12. Institu. de nup. Superest, vt antiquam legem referamus ex A. Gel. Noc. Attic. li. 10. cap. 23. in hæc verba, quæ propositæ dubitationi admodum conducere videntur: Si in adulterio uxorem tuam deprehenderis, sine iudicio impune necares: illate, si adulterares, digito non attinget: neque ius est adulterii.

S V M M A R I V M.

Adulterium an sit, cum quis coit cum soluta, quam tamẽ credit coniugatam. Idem in celerico.

C A P V V VI.

Quid autem si quis coeat cum soluta, quam tamen coniugatam credidit, an hic adulterii labẽ contrahet? Et contrahe e dicunt Bart. & Bal. *in auth. hodie. C. de repud. 10. And in c. cum quis, de reg. iur. in 6. in Mercur. Abb. in c. plerunque. in glos. 2. de donat. inter vir. & uxo. Blanc. in pract. crim. in versi. ignorantia. nu. 195. fol. 11. quo loco ait, cum quoque qui Clericum percutit credens Laicum, sacrilegii pœnam non euitare.*

Et an

Et an clericus cognoscens solutam, quam is, & communiter alii nuptam crediderāt, puniatur pœna iuris communis, decidit Bernh. Diaz. *in pract. crim. cano cap. 79. num. 6.* sicut e diuerso ignoranter cognoscens nuptam, vel monialem, adulterii pœna non tenetur. Ita Bal. *in c. 1. quib. mod. feud armitt.* Quod si scienter cum ea rem habuerit, perpetuam consequetur damnationem, teste Card. *in Clem 2. in prin. de statu monacho.* Et id ipsum erit si cum ea matrimonium contraxerit. *per tex. in clemen. 1. de consanguin & affin. ubi Card. fouetque text. in l. eum, qui duas. C. ad leg. lul. de adult.* Probant, quod vxoratus scienter aliam ducens, punitur adulterii pœna; mulier autem ignorans nequaquam. Imo illi tali casu datur actio ad repetendam dotem. Et hinc etiam dixit Abbas, quod mulier ignorans matrimonio se copulatam, sed solutam magis probabiliter credens, si cum alio contrahat, adulterii non tenebitur. Abb. ipse ita effatus est *in c. fraternitatis. num. 10. de frig. & malefi.*

S V M M A R I A.

- 1 *Adulterium esse grauissimum crimen secundum omnes Christianos, & 13. & secundum gentes, 2. secundum Doctores, 4. 7. grauius furto, stupro incestu, 5. & 13. contra num. 8.*
- 3 *Quanta sit adulterii foeditas.*
- 6 *Adulterium an sit grauius homicidio, controuersum est.*
- 9 *Adulterium est crimen capitale: & conatus solus sufficit ad infligendam poenam.*
- 10 *Adulterium totam commaculat agnationem & familiam: & irrogat infamiam ipsis adulteris. 11.*
- 12 *Super adulterio transigi non potest.*
- 14 *Exempla variae punitionis in adulteros ex historiis collecta.*

CAPVT VII.

DIXIMVS de adulterio, proprie & improprie sumto vocabulo, nunc tempus est, vt de illius qualitate differamus. Et crimē hoc grauissimum esse dicunt omnes. * Etenim cum matrimonium sit maximum sacramen-

cramentum a Deo institutum in ter- 2
 restri Paradiso, vt *Gen. c. 1.* & a Deo il-
 lud esse non tantum pronuntiauit, sa-
 pientissimus Salomon *Prou. ca. 3.* sed &
 Aristot. *æconomic. 1.* vxorem dixit esse
 ex ara Deorū, vnde iniquissimū esse, v-
 xorē a viro diripere effatus est Chry.
Homil. 63. ex ca. 9. super Mat. Nam ipsi
 etiam spiritui sancto fit iniuria, cum
 semper matrimonio assistat. *c. cōnubia.*
32. q. 2. Hinc vel ab ipso Domino no-
 stro Iesu Christo adulterium damna-
 tum constat *Matth. c. 19 Marc. 10. Luc.*
18. qui monuit nos, illud prodire ex
 corde, vt *Matth. c. 15 Marc. 7.* ipse quo-
 que Salomon *Sapient. 4.* inquit. *Multi-*
gena autem impiorum multitudo non erit
utilis, & adulterinae plantationes non da-
bunt radices altas, nec stabile firmamentum
collocabūt, & Prou. 6. in fi. Qui adulter est,
propter cordis inopiam perdet animam suam,
turpitudinem, & ignominiam congregabit
sibi, & opprobrium illius nō delebitur. &
co. Prou. li. c. 5. nos admonet paternis
verbis Quare seduceris, fili mi ab aliena
 & fo-

& foueris in sinu alterius? Acrius autem insectatur Regius Propheta *Psal.* 49. his verbis: *Si videbas furem currebas cum eo, cum alienis portionem tuam ponebas.* Vnde *Oseas cap. 4.* *Maledictum (inquit) mendacium, homicidium, furtum, adulterium nudauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Nec mirum, quia adulterium per diuinam legem prohibetur, vt *Exod. cap. 20. Dexter. cap. 22.* iure Pontificio damnatur, c. *satis 33. q. 5. & alibi saepe.* & iure *Cæsar. toto titu. ff. & C. ad l. Iul. de adul. iure etiam naturali, vt l. si adulterium cum incestu. §. stuprum. ff. ad l. Iul. de adul. Blan. in prac. crimi. in ver. ignorantia, n. 2. fol 95. 10. Berbe. in suo directo. Rub. de adul. circa prin. & infra, & aliqua scribit Diaz in prac. crim. cano. c. 79. nu. 1. Foll. de Censi. in verb. Nicol. Episc. n. 169 fo. 108. Diuus quoque Paul. 1. Rom. 7. in prin. Mulier (inquit) quæ est sub viro, viuente viro est alligata lege: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus sit vir eius, soluta est a lege viri, vt non sit amplius adultera si cum alio viro fuerit.*

Ezechi-

Ezechiel. cap. 18. *Vt anima patris, ita & anima filii, mea est anima: quæ peccauerit ipsa morietur: si uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristauerit, morte non morietur. Conqueritur etiam Deus per os Ieremi. Proph. capit. 5. dicens: Saturavi eos, mæchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi emissarii, & amatores facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniabat. Quinetiam adulteros regnum Dei non posseuros testis est Diuus Hier. in 2. apolog. ad ver. Ruff. pagel. 231. in 2. tom. his verbis: Nos hoc sentimus, quod eiicientur de regno cælorum, non solum qui grandia peccauerunt, verbi gratia, fornicatores, & adulteri, & masculorum concubitores, & fures, sed & qui minima deliquerunt, ex eo, quod scriptum est; neq; ebriosi, neq; maledici, possidebunt regnum cælorum. Hoc amplius, gentes etiam, quæ non cognouerunt verum Deum, hoc crimen sunt auersatæ, latisque legibus illi pœnas constituerunt. Senec. in libro de moribus: Abstinebis (ait) ab alieno matrimonio, Et Philo Iudæ. in libro de Decalo. pag. 479. Quam detestabile*

sit hoc crimen, multis ostendit, dicit-
 que peccatum grauissimum esse, quia
 fontem habet amorem voluptatis,
 quæ & corpus atterit, & robur animi
 resoluit, remque familiarem absumit,
 quicquid attigerit, more ignis adu-
 rens, & nihil saluum relinquens in vi-
 ta hominis: & inferius ponit adulati-
 ones coniugum, amissionem spei le-
 gitimæ prolis, familiarum dedecus,
 puerorumque natorum miserrimam
 conditionem deflet. Et Aristo. 7. *Polit.*
decimosexto, in fi. omnem concubitum
 alterius coniugis damnat, & interdi-
 cit: & si quis deprehendatur contra-
 faciens, dignam pro delicto poenam
 reperit. Alciat. *in leg. probrum, numero*
quarto, Digestis de verborum signification.
 ostēdit, adulterium non ciuili modo,
 sed & gētium iure abominabile sem-
 per fuisse. Et *in ibi numer. secundo* defen-
 dit, natura adulterium probrum esse.
 Quanta autem sit huius criminis fœ-
 ditas, multis aperit Foller. *in pract. cri.*
in versicul. flagitiosum, numero nono, folio
222. & in tract. de censi. in dict. versicu. Ni-
colaus Episcopus, numero 39. & numer. 170.

in nullo modo permitti posse conten-
 dit, & numero 171. adulterium detesta-
 tur ex Isidor. Plato. Aristo. & Apost.
 & quæ ex eo prodeant mala ob oculos
 ponit. numero 172 Et quamuis adul-
 terium passi, dum accusant, derideri
 soleant, vt perhibet Menoch. *de arbi.*
iud. sent. cas 398. n. 26. Vel etiam ab ipsis
 iudicibus, vt inquit Io. Berb. *in d. Viator.*
Rub. de adul. in primis verbis, quos ipse
 increpat, quasi sint legum correcto- 4
 res, aut contemtores, vel reprehen-
 sores, sequiturque Soc. iun. *consil. 34. n.*
8. libro 2. Nihil ominus quin adulteriũ
 grauissimum cri men sit, maxime a-
 pud nos Christi fidem profitentes,
 nullus sani capitis negabit vnquam.
 Hoc ipsum grauissimum esse dicunt
 Doct. & inter maiora connumerant 4
Gram. dec. 11. nu. 24. dec. 74. nu. 14. Illustr. D.
Card. Mant. ciuitatis sue. & mea decus,
& splendor, in tract. de coniectu. vlti. volumt.
libro quinto, titulo decimoquinto, numero
vigesimo septimo, Boer. decisio. vigesima ter-
tia, numer septuagesimo septimo. par. prima.
 vbi grauius illud esse probat, quam fi-
 lii homicidium, quod & Bossi.

v surpauit *in tit. de coit. damna. & punib. nume. 46. fol. 192.* magis affligi virum & ipse affirmans coniugis adulterio, quam nece filii. *Tiraquell. de pœnitentib. lege temperantia, causa prima. numero tertio. Surdus in tractatu de alimen. titulo septimo, questio. 16. numero 25. Dyn. cum additio. 1. in reg. cui licet. in 6. folio 100. & alii, & aliis criminibus maius esse ob animi iniuriam dicit M. Mant. in pract. Dialo. context. clas. 19. cap. 4. nume. 3. folio 477.* Et maius esse furto probat Chryosto. super *Psal. 49. folio 211. tom. 1. Alcia. in cap. cum non ab homine, num. 14. de iudi. tom. 4.* ea ratione, quod hoc est contra bonos mores, illud contra pecuniam, vnde & grauius puniri adulteros, quam fures censuit Alcia. idem *de verbor. sign. libro secundo, colum. 25. ad fi. tom. 1.* quamq̃ aliter apud aliquas ciuitates seruatum dicat, dum leuius in adulteros, quam in fures animaduenterunt, idem *Alciat. in d. l. probrũ, n. 14. ff. de verbor. sign.* sed nimirum, quia de male institutis oppidis loquitur, quæ fures laqueo strangulant, adulteris pecuniam indicunt multam. At de adulterio tra-

rio tra-

rio tractans *Pet. Royz. dec. Lituan. 3. n. 400. fol. 83. per l. adulterium cum incestu. D. ad l. Iul. de adul. incestu grauius esse probat. Alex. quoque cons. 24. n. 41. lib. 2. grauius esse furto concludit, & iterum cons. 13. n. 19. lib. 7. stupro præponderare constanter affirmat. Castren. cons. 117. graue, ait, & capitale, & quod homicidio maius sit, probat tex. in ca. quid in omnibus, 32. q. 7. & dicit Bar. in l. si. §. 1. ff. de pub. Alexa. in l. si. ff. de feri. quamquam vere id est controuersum per tex. in ca. si quod uerius 33. qu. 2. & gl. in d. c. quid in omnibus. Et Pau. Gril. de pæn. omni sa. coit. q. 6. nu. 8. fol. 78. inter maiora crimina adulteriū reponit in materia dispensatoria. Abb. 7 in c. accepimus, n. 4. de purga. cano. pulchre edisserit, an, & in quibus dicatur esse ex atrocioribus, & vere Abb. (nescio qua ratione) non admodum ad alteros infectatur, quippe qui in cap. ueniens. il primo num. 5. de eo, qui cogn. consangu. uxo. sue, non esse adulterium incestu grauius tenet, & in c. at si clerici. §. in adulterio num. 3. de iudi. non esse aliis delictis grauius putat, nisi ratione frequentię. Sed Corset. in uerbo Adulterium, id latius*

D

pertractat, quem videre poteris, & cum eo Deci. *in dicto capite, et siclerici, §. de adulteris, col. 3. de iud.* qui late agit, nū sit ex maiorib. an ex minorib. Capitale autem esse probat text. *in leg. transigere, Codic. de transaction. vbi Iason. in tertio not.* nullum esse meliorem text. affirmat. Crimini læsæ maiestatis proximum esse, & tam graue, vt solus conatus sufficiat ad infligendam pœnam respondit *Grammaticus dicta decisione undecima, numero vigesimo quarto.* Illud quoque certissimum est, quod adulterium totam † commaculat agnationem, & familiam iuxta textum, *in leg. si quis ei, Codic. ad leg. Iul. de adulteriis.* imo & ipsam rem publicam. *Franc. Niconic. in capite quoniam contra, numero vigesimo sexto, glossa secunda, versiculo extraordinarius, Roman. consilio quadringentesimo quinquagesimo primo, numero decimo, Bald. consilio quadringentesimo vigesimo septimo, numero octauo, libro quinto. Bos. dicto titulo de coit. dam. & puni. numero quadragesimo quarto, insignis mod. Surd. in tract. de alim. tit. 7. questio. decimasexta, numero sexagesimo octauo, Bartolus in l. lex*

ex Cornel. ff. de iniur. Alex. d. cons. 24. colu. 6.
Deci. cons. 132. col. 2. Alcia. de præsumt. regul.
1. præsumt. 2. num. 5. tom. 4. Irrogat † quo- II
que infamiam ipsis præsertim adulte-
ris. Diaz. in præct. crim. Cano. cap. 79. nume.
7. Roman. singu. 825. etiam iplo iure nul-
laque præeunte sententia, l. palam, §.
qui in adulterio ff. de rit. nup. quod tamen
verum putat Azo inibi in glos. in ea, quæ
in ipso adulterii actu deprehensa est,
alioquin sententia opus esse ad irro-
gandam infamiam, inquit gloss. in l. &
si crimen, C. ad l. Iul. de adult. Sal. & Alexan.
in dict. l. palam, §. qui in adulterio, ff. de rit.
nupt. Hoc amplius fieri nõ posse Doc.
autumant, vt adulter quis sit, qui non
sit etiam sacrilegus, ob sacramentum
matrimonialis vinculi violatum, per l.
quamuis, in fi. Codic. ad l. Iul. de adulter. quia
matrimonium constat esse ecclesiæ
sacramentum, ca. debitum, de Bigam. cum
concor ita dixit Salyc. in l. quamuis, præalle.
l. 2. Cod. ad l. Iul. de adult. refert. & sequitur
Pau. Gril. in tit. de pæn. omnif. coit. versic. 6.
declaranda succedit, num. 2. non etiam ad-
ultera dici potest, quæ simul non sit
venefica, iudicio Catonis, vt receniet
Quintil. instit. oratoria. libro quinto, cap. 11.

Inde etiam huius criminis grauitas arguitur, quod super eo transigi nullo modo potest, super aliis autem potest. Doct. communiter * *in l. transigere, C. de transact. Bald. consil. 28. libr. 1. & quia fautores pari plectuntur poena, leg. qui donum, ff. ad l. Iul. de adult. Doct. in l. 1. ff. de extraordi. cogn. Cum enim sui natura turpe, malum, & improbum sit, l. probrum, ff. de verb. sign. Ioan. Neuiz. in Sylu nup. vers. conclusio suprascriptorum est, n. 25. fol. 25. in 7. vol. tract. ubi alle. Fortun. Instit. de iustit. & iur. col. 48. & Ludou. Vinal. de vera contriti. carta 11. propterea nulla causa iustificari potest, etiam iusta, vt quidam dixit in 10. vol. tract. n. 11. fol. 64. & Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 16. vers. 24. Siquidem nec suscipienda prolis ratio sufficit, c. sicut non sunt 37. q. 4. Ludou. Montale. in tract. de reprob. sent. Pilati. vers. & propterea bonus finis, n. 38. in 12. vol. tract. quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, c. non est putanda, 1. q. 1. ca. forte, 14. q. 5. Item paupertatis, famisque causa adulterium non excusat. d. l. palam, §. est ignoscendus, ff. de rit. nupt. Abb. in cap. ex literis, n. 78. de diuor. Bar. Brixien.*

in

in suis quæst. dominic. q. 72. sub rubr. de sent. excomm. versic. contra contrarium videtur, sub nu. 4. vol. 12. tract. Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 16. nu. 45. Ne ratione seruandæ vitæ mariti. Vnde infertur minime laudandam esse Scipionis coniugem, quæ alioqui semper castissima, & pudicissima, passa est se a M. Ant. Triumuiro stuprari, vt inter proscriptos relatum virum a morte eximeret: auctore Appi. Alexandri. bel. civil. libro 3. Nec enim vitæ etiam propriæ retinendæ gratia licitum adulterium existimatur, vt deducit Pet. Royz dec. Litua. 3. n. 24. & seq. fol. 68. Itaque his constat, ¹³ adulterium grauissimum crimen esse, & aliis quidem grauius esse putat etiã Io. Rau. in tract. dispensat. §. in his omnibus casibus. n. 1. vbi rationes ingerit. Siquidem in se continet Fornicationem ob illicitum coitum, quod est per se mortale peccatum, Adulterium non nisi occasione matrimonii, Sacrilegium ratione sacramenti; periuriũ, & violationẽ fidei propter iusiurandum in faciẽ ecclesiæ præstitum, Raptum cum rationẽ seducunt, vt ius præsumit, in l. iuri, C. de

vap. vir. Transgressionem voti, promissæq;
 fidei, solemniter emissi in manibus sa-
 cerdotis, & in facie ecclesiæ, *Homicidium*,
 quia suam cum alterius animam occi-
 dit. Io. Berbe. *in suo viato. Rubr. de adul.*
 testis est, ex hoc pene omnia crimina
 proficisci, violentiam, homicidium,
 iniuriam, periurium, falsa testimonia,
 stuprum sæpe, & lenociniū, & Fuma.
in aur. armil. in versi. adulterium. n. 6. ma-
 la multa recēset, quæ ex adulterio du-
 cunt originem. vnde concludi posse
 ait, quod adulterium inter cetera cri-
 mina maius sit omnibus, & grauius,
 vnde nimirum, si & animaduersio in
 adulteros acris admodum esse debet,
 potissimum quanto iudicant ecclesi-
 astici iudices teste M. Raude. in tract.
 cui inscriptio est, *Speculum iudicum,*
n. 61. 170. 6. tract. considerat nāq;, quod
 ex hoc crimine pleraq; alia ortum ha-
 bent, præsertim, quod veri & iusti filii
 non succedunt; adulterini contra ad
 indebitas euehuntur hereditates: iu-
 ra Diuina, humanaque confundūtur,
 quæ adulteros capite plecti, non leui
 deliniri ruspatione voluerunt. Et ibi
 recen-

recenset ex Boet. historiam Cretoris adulteri, qui sicut dignis viuēs plexus est pœnis, ita fœde mortuus, sepultusq; flagitii sui memoriã reliquit posteris. Consentit & Salamon *ecclesiast. c. 23.* sic dicens: *Sic & mulier erit, relinquēs virum suum, & statuens hereditatem ex alieno matrimonio,* primo enim in leg. altissimi incredibilis fuit. Secūdo in virum suum deliq̃t. Tertio in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. Sed quid Cretorem, aut alios cōmemoramus, si adulterorū ōnium finis miserimus est, vt attestatur Io. Neviz *in Syl. nup. versi. conclusio suprascriptorum est, nu. 27. vol. 7. tract. affirmās,* hos longa contabescere ægritudine, misera autē morte finire dies suos, quia peccatum vetus pœnitētia noua est, vt inq̃t Paris *de Put. de re mil. car. 4. co. 2. & exitus acta probat,* vt apud Qui. relatum a Præposi. *in c. frater. col 4. de frigi. & malef. post gl. ibi.* Si percurrāus veteres historias maiorūq; leges, & mores, inueniem⁹ profecto crimen hoc ab omnibus bonis detestatum fuisse, & ab ipso etiam Deo punitum. Parum enim abfuisse

legimus, quin Deus perderet Abimelech cum semine suo, stuprare volentem Saram Abrami coniugem, quã ipse ultionem præsentiens, intactam dimisit, *vt Gene. c. 2.* Qualem retulerit famam David Rex ex adulterio Bersabeæ vxoris Vriæ testantur sacrae literæ, *Reg. c. 11. 12.* Cum Madianitarum mulieres Israelitas ad saltationem idololatriamq; pellexissent, Moyses ex Domini præcepto Phineem duodecim millibus præfectum in Madianitas concitavit, qui omnes Madianitarum mares occidit, vrbesque illorũ succendit. *vt Num. c. 31.* Neronis nex, qui propria manu concidit, omnibus est peruulgata, quod dimissa Octauia pudicissima, nobilissimaque coniuge, Sabinam Poppeiam, quam in adulterio cognouerat, vxorem duxit, *vt auctor est Cor. Tac. histo. Aug. lib. 14 pag. 225. qui lib. 11 pag. 145. perhibet, Messalinae Claudii Cæaris vxoris adulteros ultimo damnatos supplicio, & eius iudicii similitudine affectos fautores, C. Silium Vestium, Valentem Pompeiũ Urbicum, Saufellum Trogum, Deciũ Cal-*

Calphurnium Præfectum vigilum ,
 Sulpitium Ruffum, & Iunium Virgi-
 lianum. Aemilia Lepida temporibus
 Tiberii Cæsaris adulterii accusata, se
 ipsam occidit: eodem Cor. Tac. auto-
 re *li. 5. pa. 37.* Lud. Gonz. Dux Mantuæ,
 in Anno 1382 a Mantuanis in adulte-
 rio deprehensus, capite obtruncatus
 est, vt scribit Raph. Volater. *comment.*
urb. lib. 4. c. 36. qui etiam attestatur, V-
 goli. Gonzagam adulterii pœnas de-
 disse, dum a Ludouico, & Franc. fra-
 tribus ad cœnam inuitatur, occisus
 est, *vt eo lib. 4. pag. 36. eo.* Scribunt non i-
 gnobiles historici, caussa adulterii Ilsa-
 bellæ Vicecomitis cum Vgoli. Gonz.
 circa annum 1330. bellam ingens inter
 Mantuanos, & Mediol. excitatum. D.
 Syllanus voluntarium, perpetuumq,
 exsilium, quod Aug. vesper. adultera-
 set, elegit, vt apud Tacit. *libr. 3. pagell. 71.*
 Apuleiam Vatiliam adulteram loro-
 ris Augusti Cæsaris neptem, Tiberius
 Cæsar elegit, Manlium vero adulterū
 Italia expulit, & Africa, vt apud eūdē
 Taci. *lib. 2. pag. 50 e.* Sic adulterii dam-
 nata Augusti Cæsaris neptis, in insulā

Trimerum a littore Apuliæ non admodum distantem relegata est, testimonio Taci. *lib. 4. pag. 117.* Quas attulerit clades adulterium Paridis, testatur diutinum bellum, & Troiæ excidium, de quo scribunt Homer. atque alii, & ex eis Ioan. Boccac. de viris illustribus *lib. 1. sub capit. de Priamo.* In adulterio deprehensus Crispus Salustius historiæ scriptor percelebris, ab Ant. Milone toris cæsus est, & cum pecuniam dedisset, tandem dimissum eum fuisse scribit A. Gel. *Noct. Attic. libr. 17. ca. 18.* qui *lib. 10 c. 23.* ad idem videndus est. Ierem. Prophe. amplissimum testimonium reddit *cap. 19.* quod cum Gabannitæ adulterio polluissent Israelitæ cuiusdam coniugem ex Leuitarû ordine, moxque occidissent, in frustra concisam vxorem ipsam suã Leuita, in partes duodecim fecit, quarum singulas singulis in Israelis finibus proiecit, in vltionis memoriam, acceptæque iniuriæ perpetuum testimonium. Quid porro non effecit infana isthæc libido? Clodius cognomento Pulcer muliebribus indumentis,

mentis, mentitoque sexu, nec templo quidem pepercit, sed in eo, ad quod nulli viro dabatur accessus, Calphurniam Cæsaris coniugem constuprauit, vt multi scribunt, inter quos non vulgaris existimationis Appian. *Alexand. Bell. Ciuil. libr. secundo.* Cui facinori fatis cōuenit illud Laza. Bayfi. *in libro de re vestiariar. capite nono.* his verbis expressum: *Fuit tempus, cum toga commune vestimentum esset diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile. Postea vero mos fuit, vt mulieres adulterii conuictæ virili toga induta, in publicum procedere cogerentur, vt legi apud Isidorum non pessimum auctorem.* Appia. autem Alexandri. auctoritate probatur *libro quarto,* Septimii viri clarissimi vxorem, cuiusdam M. Anton. affinis amore captam, eadem die, & virum grassatoribus trucidandum indicasse, & cum adultero infames nuptias celebrasse. Quam turpia sæpe commiserit adulteria Carus Imper. sciet, qui legerit Eutro. *de gest. Rom. lib. 9.* cum ea referre, & pudeat, & pigeat. Sed & Herodes Rex in sacris literis p̄perua notatur infamia,

quod fratris uxorem sibi copulasset, ut *Matth. cap. 14. Luc. 3. Marc. 6.* Nota est Agamemnonis Græcorum Imperatoris nex, cuius coniunx Clytemnestra, Iouis Latonæque filia, vel ut alii verius volunt, Tyndari Ebuliæ Regis, de super consuta subucculæ fallacia, ut ab adultero occideretur curavit, ut multi perhibent post *Homer. & præsertim Ioann. Bocca. lib. 1. de viris illustribus, sub cap. de Agamemnone,* qui eodẽ lib. sub cap. *Thiestis & Atrei,* refert Thiestem Atrei fratris uxorem adulterio violasse, in exilium actum adulterii causa, inde simulata reconciliatione, in patriam a fratre reuocatum, eique filios in frustra concisos, comedendos in mensa traditos, vino sanguine misto, vnde imprudens adulter letusque suo in patriam reditu, filiorum priorum carnes edit, & sanguinem bibit: vnde infelix patrati adulterii causa, incestu improbus, Regni cupiditate, quod solus affectauerat, exilio, filiorum nece, & crudeli cõuiuio, propriæque filiæ Pelopiæ concubitu commutavit. Quid commemorem
Tene-

Tenedii Regis legem, quæ adulteros securi percuti iubebat, cuiusque filius primus patrato scelere, legis paternæ mucronem expertus est: Testis est Heraclides in Polit. Zeleucus Lucr. legislator vir iustissimus, cum filius adulterii damnatus, secundum ius ab ipso met constitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas virtuti, ac meritis patris crimen condonaret, ipse sibi non pepercit, sed suo prius, deinde filio exerto oculo visum utrique reliquit, legique satisfecit, *ut apud Val Max. lib. 6. c. 5. Volat. libr. 20.* Solon lege sanxit, uti ne ad alendos parētes adstringerētur ex meretricibus procreati, quippe nuptiarum decus qui prætereat profiteretur se, non liberorū gratia, sed voluptatis adsciscere mulierem, habetque mercedem suam, neque locum sibi reliquit quærendi genitis, quibus ipse præbuit probrosam natiuitatem. Adulterum interficere deprehendenti permisit, ei qui liberā foeminā rapuisset, vimque intulisset, cētum drachmarum præfinit mulctam, *ita Plut. in Solone.* Athenis adulteri

ri mugile plectebatur: cestreus est piscis quem latini mugilem vocant, ita nuncupatus, quia teli modo publica Atheniensium poena intret adulteros *Cael. Rhodigi. lib. 27. cap. 4.* Puniebantur quoque euulsione pilorum podicis, diuites vero pecunia numerata dimittebantur, ut auctor est Suidas. Apud Spartanos olim adulterium inauditum fuit. Memoratur dictum Geradae cuiusdam Spartiatae, qui hospiti scissitanti, quae esset poena apud ipsos in adulteros constituta, respondit, adulter, hospes, non inuenitur apud nos, quid si inuentus sit, eo interrogante? Taurum, inquit luit ingentem, qui traiecto capite Taygetum bibat ex Eurota Obstupescete illo, & dicete, quis existat bostantus? videns Geradus, qui inquit, adulter, existat Lacademone Pluta. *in Lycurg. Perhibet Caeli. Rhodi. lib. 11. cap. 7. A. L.* Chiorum foeminas tantae castitatis fuisse, ut neque adulterium, neque illegitimum concubitum ibi accidisse unquam memoriae proditum est. Ab Aureliano Imp. in adulterum id excogitatum est, uti duarum arborum inflexis capitibus, ac ad pedes religatis; mox dimissis, in-

teruulsus vtrinq; propenderet, vt scribit Opicius. Idē Cœl. *lib. 10. cap. 6. A. L.* Vlyssis sociorū vnus a Temessensibus obstruprum virgini indigne illatum, lapidibus obrut⁹ occubuit. C. Iul. Cæs. gratissimum libertum suum ob adulteratā Romani equitis vxorē (quamuis nullo querēte) capitali afficit pœni, si credimus Sueton. Trāqui. Alexander Seuerus tam seuerē militatē rexerit disciplinam, vt ad Persicum profectus bellum, totam legiōem ademptis armis exauctorarit, quia apud Daphnem in Syria milites scortari, intēpestiuæque potationi indulgere dicebantur: Sabel. *lib. 6. cap. 7.* Cethegus Senator sub Valentiniano Cæsa. adulterii conuictus caput amisit, teste *Ammia. Marcelli. lib. 23.* Childericus Mero-uei filius Francorum Rex factus anno 459. cum pudicitiam illustrium foeminarum autētare diceretur, coniuratiōe procerum, sibi longinqua fuga consilere coactus in Turingiā ad paternos amicos se recepit, vt attestatur *Æmyl. Tordæ Trālyuanix vrbe deprehensus in adulterio coniux, accusatus coram magistratu manu vxoris in foro*

obtruncatur, *Anno salutis 1552*. Paulus Varaliensis sartor vxorem mœcham deprehensam, damnatamque maectaturus erat: sed precibus, & pollicitis eius victus incolumem abire permisit. Contra non multo post deprehensus Paulus, & in iudicium vocatus, confumtis in casum obtestationibus, ab ingratiſſima muliere, spectante populo, decapitatus est, *vt scribit Asca. Centor. lib. 4. bello Transyl.* In Anglia, qui extra matrimonium mulieribus commiscuntur, deprehensi sacerdotis imperio die festo in processu cleri, ac populi adesse iubentur, solisque retentis femoralibus, nudi ecclesiam circumeunt manu gestantes ardente cereum. Si quem pœnæ pudet, is auro noxiam redimit, *vt ait Aeneas Syl. lib. 1. de dictis, & factis Alphonsi.* Cum Diogeni referrent quidam in Didymō tibicinem in adulterio deprehensum; Dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi. Porro didymi Græcis testiculi dicuntur. Ab his igitur vnde nomen habebat, & quibus peccauerat, suspensus est, *teste Laer. lib. 6. cōsimile est illud Diodor.*

Diodor. *libr. I. c. 6.* Nempe, quod apud Ægyptios ei, qui liberam mulierem violasset, virilia exsecabantur, quoniã vno crimine tria haud parua scelera complexus est, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem. Dionysium ferunt alioqui immanissimum Tyrannum, proprium filium in adulterio deprehensum, exheredẽ fecisse, illique interrogato, num similia a patre fieri vidisset, & respondentem Dionysium patrem Regem nõ habuisse, nec tu, respondisse, filium habebis Regem. Tiberius Cæsar, cum Iuliam Augusti filiam manifestis adulteriis infamem vxorẽ haberet, nec castigare, nec deferre, nec repudiare, nec retinere auderet, Rhodum secedere, non sine infamiæ nota & vitæ periculo coactus est. M. Anto. cognomento Philosophus Faustinae coniugem suam, Piique Antonini filiam, ne de dote, deque imperio cum ea decertaret, retinuit, sicque lenocinio philosophiæ gloriam, quam sibi comparauerat, confœdavit. M. Cato Censorius, Romanæ Reipubl. ætatis suæ

facile princeps, q̄ in bello & pacē parē vim habuit, cū iā senex Solo. cuiusdā inopis obscuriq; hominis filiā duxisset, & domi suæ omni auctoritate caruit, cōtumaciterq; illa secū se gerēte, anteactę vitæ gloriā vxoris causa infeliciter amisit. Agidis p̄clarissimi & inter Græcos famosissimi vxor ex Alcibiade adulterio filiū edidit, quē secreto adulteri nomine appellando, tāti viri gloriā suppressit. Iuliæ Menenii Agrippæ cōiugis scelus cū arguto scōmate cōiūctū peruulgatū est, dum dicere cōsueuisset interrogātib. cur patri simillimos filios pareret, nullum se nisi plena naui vectorē tollere vnquā cōsueuisse. Coccim auem ferunt, quæ ex accipitre fieri dicitur, sēper in alienis nidis parere, vt apud Plin. *natur. hist. libr. 10. c. 9.* Contra columbarum adulteria nemini nota esse, quia coniugii fidem non violant, communemque seruant domum, teste eo. *Plin. lib. 10. c. 34.* in summa, si adulterorum infamiam, infelicem exitum, mortemque miseram ex antiquis, aut naturalibus referre vellem, iustū profecto volumen conficere possem, ideoq; satis sint, q̄

quæ dicta sunt, maiorumque allegata
sufficiant exempla ; vt ab huiusmodi
facinore cuncti deterreantur, tū cri-
minis fœditate, tum delicti immani-
tate, tum demum imminenti pœnarū
atrocitate, de quibus inferius suo lo-
co tractabimus.

S V M M A R I A.

1. *Adulterium quinque modis committi.*
2. *Quid de ea, quæ absente viro nubit.*
3. *Pluribus quam vni copulari, vbi licitū.*

CAP. VIII.

QVærunť Doct. quot modis com-
mittatur adulterium. Et alii dicunt
tribus, alii quatuor, nos quinque. Ang.
de Clau. in sum. in vers. adul. n. 1. versi quot
modis committitur, dicit, quod primus est, et
quando quis accedit ad alienam vxor-
em. *Secundus*, quādo coniugatus pec-
cat cū soluta. *Tertius*, quādo quis tā ar-
dēter amat vxorē suā, vt ēt si eius vxor
nō esset, cōcumbere vellet cū ea, vel e
cōtra vxor ardescit in virū suū. Syluest.
in sum tit. de adulter. in pr. dicit quatuor
modis adulteriū cōmitti. *Primo*, qñ cō-
iugatus cōiugatæ accedit. 2. qñ cōiu-
gatus cōmiscet se solutæ. 3. qñ solut⁹ cō-

iugatā cognoscit. *Quarto*, quādo ardē-
 tius, ac oporteat, maritus ad suam ac-
 cedit vxorem, & e conuerso. *S. Th. 2. 2.*
q. 154. Et sic intelligitur *c. origo. 32. qua. 4.*
 Quam sancte autem, & quam mode-
 ste vir cum vxore habeat agere, docet
 Aristot. *1. economic. 8. his verbis*: Maritus
 cum ad vxorem accedit, nihil intem-
 perantiæ, nihil procacitatis præ se fe-
 rat: verecunde etiā loquatur, & quic-
 quid agit, sancte, honesteque agat, &
 cum fide, & moderatione consuescat:
 peccata autem, quæ parui momenti
 fuerint, tametsi volens peccauerit, illi
 condonet. Quod si imprudēs aliquid
 offenderit, errorem illi suum osten-
 dat, sine animi acerbitate. *Clar. in §. ad-*
ulterium, vers. tribus autem modis, tres tā-
 tū ponit, sed in effectu addit & quar-
 tum, vt reliqui, nempe ardentioris a-
 moris in coniugem, vel e conuerso.
 Quintus erit casus, cum quis scienter
 duas capit vxores, vel vxor duos viros:
c. gaudemus, de diuor. Et est hic infamis,
 teneturque pœna stupri, non capitis,
 per text. in leg. eum, qui duas, *C. ad leg. Iul. de*
adulter. Ang. de malefic. in vers. adulterato.
 vers.

vers. aduertas. Bal. Sal. & alii in l. 2. Cod. de incest. nupt. Vxori autem rescinduntur capilli, & vestes. c. in benedicto. vlti. gl. 32. q. 1. Quamquam fertur Anton. But. respondisse, pœna capitis teneri vilem, qui duas duxisset nobiles, & nō aliter. Idem si quis habeat vxorem, & sponfam, vel duas concubinas, quia eo etiam casu incurrit infamiam. Doct. in l. 1. in fin. ff. de infra. glo. in § fin. in auth. quibus mod. nat. effi. sui, quam alle. Bal. in l. 2. Cod. de incest. nupt. Quid in ea, quæ post obitum primi viri, expectauit per annum, & postea nupsit? hanc esse adulteram respondit Capr. consilio 129. num. 3. quo loco num. 2. dicit, opus esse, vt secundo nubens viuo primo marito absente, certo sciat, perfecteque sit certificata de vita primi, vt dicatur adultera. Quid si iuste credat primum absentē naturæ satisfecisse, an poterit cum alio contrahere? & scribit Bal. consi. 488. nu. 3. lib. 1. Non enim per absentiam dissoluitur matrimonium, nec idcirco secundo nubit nō certificata de morte, & si de facto contrahat cum alio, primo reuerso adhærere tenebitur,

cap. in presentia, de sponsa. c. secundo, de nup.
cum c. per bellica, 34. q. 2. Nec vlli licet du-
obus eodem tempore copulari, §. quod
3 ita scilicet, & §. seq. inst. de nupt. In Regno
Marochi, vt autor est Diodorus Si-
culus, tot nascuntur foeminae, tam pau-
cique mares, vt lege publica cogatur
quisque tres foeminas ad minus duce-
re: Contra in insulis Balearibus, tam
multos nasci viros, tam paucasque foe-
minas, vt quaeque mulier quinque vi-
ris adherere compellatur. Lacedaemo-
niis lex fuit, vt quaeque mulier duos
habeat viros, ea ratione, ne altero ad
bellum proficiscente, domi sola, &
frigida maneat vxor.

S V M M A R I A.

- 1 Adulterium publicum quid dicatur.
- 2 Item quid priuatum.
- 3 Adulterum vtrunque non licet eodem
accusare libello: distingue, vt numero
sexto, nec eodem tempore num. 4. inca-
stuosus vero potest vterque accusari,
numero quinto.
- 7 Maritus accusare potest de adulterio
vxorem, quin debet, vt lenocinii vel
consensu

consensus euitet reatum. Sed aliquot casus excipiuntur, nu. 11.

10 *Et infra sexaginta dies vtilis conceditur accusatio.*

12 *Nec adulter nec adultera ulterius accusari potest pendente accusationis iudicio. Est tamen accusatoris electio, utrius malit accusare, n. 13.*

CAPVT IX.

ITaque grauitatem adulterii, quantum cū Deo potuimus, ostendimus: Nunc operæ pretium est, vt qui accusare, quique accusari valeant, cognoscamus. Sed priusquam id aggrediamur, necessarium scire putamus, num adulterii crimen publicum sit an priuatum. Et publicum esse Doctores censuerunt, cum non modo priuati homines & familiæ ex eo offendantur, sed & ipsa Respub. vt etiam supra ostendimus, & ita tenuit Iaco. Nouel. in sua *præct. crim. in titulo iudicia, quæ præcedere debeant, numero secundo*, vbi ait, quemlibet de populo ad accusandum admitti propter publicum interesse, & ibi satis bonam distinctionem ponit, & delictorum, tū grauium, tū leuiorum enumerationem,

item grauiorum , & grauissimorum, capitalium, & non capitalium, ordinariorum , & extraordinariorum. Contra priuatum crimen esse defendit Clar. *in d. §. adulterium, versi. est autem, ubi communem pronuntiat ex Fulgos. confi. 135. post med. n. 2. & Ant. Gomez. super 80. leg. Taur. nu. 49.* Sed me hercule nescio, qua ratione priuatum dici possit, si concedimus ex eo offendi, non maritum modo , filios, & familiam, sed cū ipsis etiam Remp. quemadmodum alio loco supra ostendimus: Nisi modo dicamus, publicum dici respectu publicæ iniuriæ, priuatum, respectu accusationis, quæ certis dumtaxat personis concedi dicitur, *ut l. quamuis, la. 2. C. ad l. Iul. de adul.* Iam vero de accusatione acturi dicimus cum Clar. *in d. §. adulterium, in prin.* multiplicem esse adulterii accusationem, nempe quia vir quandoque accusat vxorem: quandoque vxor e diuerso accusat virum: nõnunquam vir defert vxorem , & cum ea etiam adulterum; & quandoq; ob eandem adulterii caussam , mulier agit ad separationem thori, quibus singulis

gulis in casib. multa exstant Do. respō-
 sa, quorum quædam refert Clar. vbi
 supra, & nonnulla alia nos infra, vt oc-
 casio dederit, recensebimus. Et pri-
 mum casum tractatum ait Clar. a Bal.
in cons. 310. lib. 1. Roman. cons. 451. Bolognet.
cons. 23, Grat. cons. 50. lib. 2. & M. Mantua,
cons. 43. lib. 1, Secundum a Rom. cons. 67.
 Tertium a Bal. *cons. 6 lib. 5. Ioan. de Anice.*
cons. 127. Gram. dec. 31. & Boer. decisi. 297. &
seq. Quartum a Soc. iun. consi. 32. libro 2.
 Illud autem primum constat, nō pos-
 se vtrunque adulterum eodem accu-
 sari libello, *per tex. in l. si maritus, § fin. leg-*
vim passam, l. nihil, ff. ad leg. Iul. de adul. leg.
reos, C. eo. Rom. consil. 276. n. 1. Jac. de Bellou.
in pract. cri. tit. de lenoc. n. 26. fol. 16 Sic etiā
 tenuit D. Tib. Patrinus, conciuis, &
 Doc. meus in locupletissimo eius tra.
crim. par. 1. tit. alia accusatione implicitus, n.
7. 8. vbi rationem affert, nempe matri-
 monii fauorem, ne s. infamia inde
 surgat, siquidem absolutoria pro vno
 lata parit exceptionem rei iudicatæ
 etiam pro alio, si & alter accusabitur.
 Contra vero si condemnetur alter,
 nullo modo iudicatū nocebit alteri:

qui suo se poterit Marte tueri, re iudicata illi non obfistete. *l. denuntiasse, §. si ff. ad l. Iul. de adul. Ioan. And. in add. ad Spe. in tit. de accusator. §. 1. nu. 1. vers. Item quod non potest quis in eodem tempore. in addi. incip. accusare, Abb. in c. quamuis, n. 23. 24. de re iud. sicut & adulterii confessio facta ab adultero non noceat adulteræ, quæ aliter non conuincatur. c. interrogatum, 2. q. 5. cum sua gl. quod dicit Do. Tib. procedere, etiam si nihil opponatur, eo loci. in 6. lim. nu. 10. Ad rationis autem prædictæ comprobatione, nempe fauoris matrimonii, alterum subinfert fundamentum. hoc est, quod si alter accusetur, pæra, vel adulter, vel adultera, poterit eodem libello etiam leno accusari, licet non sit adulter, Carer. in pract. cri. in tract. de homi. §. 6. n. 258. fol. 121. id quod non alia ratione fit, quam fauore matrimonii, & odio lenocinii, d. l. nihil interest, §. si ff. ad leg. Iul. de adul. Cyn. & Sal. in l. 1. C. si reus vel accus. mor sue. Bal. in l. cum rationib. Cod. qui acc. non poss. Et incestuosus pariter uterque eodem libello accusari pot. Quia de matrimonii nõ agitur præiudicio, *l. vim.**

l. vim passã, §. incesti, ff. ad l. Iul. de adul. Tir. in l. boues, §. hoc sermone, lim. 1. n. 15. 10. 38. ff. de ver. sig. vbi post firmatã cõclusionẽ, q̃ vterq; eo lib. nequeat accusari, non phiberi tamẽ, q̃n ex integro alterum tãtũ deferat, cõfirmat principalẽ cõclusionẽ, lac. de Belloui. in pra. cri. iud. ii. de lenon. n. 28. fo. 224. in 7. vol. tract. vbi dicit, nõ posse simul accusari adulterũ, & adulterã, sed ipsũ adulterũ accusãdũ prius, nõ tamẽ adulteri accusatiõnẽ adulteræ obesse, p̃desse tamẽ abso- lutionẽ, per tex. in l. si crimẽ, C. ad l. Iul. de adul. l. si maritus, §. 1. ff. eo. Hæc aut in ad- ulteris vera esse dicit Rom. in p̃mon- strato loco, solũ si ad infligẽdã p̃cõnã temporalẽ accusẽtur: nã ad simplicẽ thori separationem poterit vtiq; fieri simultanea eo lib. accusatio, secundũ gl. in c. statuit, 1. q. 5. Quã asserit Rõ. igno- rare legistas simul & canonistas. Et Nic. Pign. in ibi in apostil ad Rõ. ait ita tenere Ale. in d. l. si maritus, §. si. ff. ad leg. Iul. de adul. Carer. in ti. de homic. §. 6. nu. 158. & remissive all. duas alias lim. ad d. l. reos, tractatas ab Ang. de malef. in vers. & Andream in pr. Quin autem mari- tus † adulteram vxorem accusare

possit, minime est ambigendum, & e
 contra, si vera est communis* opinio.
 Dd. quam allegat Mod. *in tit. de reg. iur.*
reg. 9. Etiam si nō sit vxor, *d. l. adulteriū,*
C. ad l. Iul. de adul. Imo si concurrat ma-
 ritus, & pater adulteræ in accusando,
 vtique præferetur maritus. Damohu.
in Ench. pari, vel simil. in ver. fieri Seio, folio
465. probat hoc tex. *in l. pen. C. ad leg. Iul.*
de Adul. dum dicit, præferri non mo-
 do illum qui nunc maritus est, sed &
 illum, qui olim maritus fuit, & ab vxo-
 re diuertit. Id ipsum probat etiam tex.
in l. quamuis adulterii, C. ad l. Iul. de adulter.
 dum dicit, non omnibus passim per-
 missam esse adulterii accusationem,
 sed coniunctis primum, & inter con-
 iunctos maritum primum obtinere
 locum, in tantum, vt illi nec famosa
 quidem denegetur actio in vxorem.
 Ita Doc. *in l. Lucius, & in leg. mulier, ff. so.*
matri Et ita tenet Gof. *in sua sum. titu. de*
adul. n. 3. 4. Quinetiam si non accuset,
 eius voluntate commissum censetur
 adulterium, vnde lenocinii reatum
 non euitat, Foll. *in prac. crim. part. 2. § li-*
cet multo, n. 6. fo. 188. Num autē adulterii
 accu-

accusatio requirat de necessitate libellum, aperit Spec. in ti. de libel. concep. §. nunc videndum, ver. 39. vbi tenet, quod non. Qui tamen Spec. in tit. de dinor. dat tibi formulam accusatorii libelli hoc ipso in crimine, de qua re scribit etiã Goff. in sum. dict. tit. de adul. n. 4. Pet. Iac. de Aurel. in prac. titu. super actio. fur. siue titu. interlocuto. pro tortu. Hæc de accusatio-
ne mariti contra vxorem. Sed e con-
uerso vxor maritum non accusat, nec iure quidem vxoris, quia lege non cauetur, nec iure extranei, quia mulier, per tex. in l. i. C. ad l. Iul. de adult. Sed vt id procedat de iure ciuili, intelligendum est, cum de iure canonico secus sit, per tex. in c. maritus, ca. intelleximus, de adulter. Ioan. Berbe in suo viato. titul. de adulter. Marito † præterea, si adulterum iure mariti accusare velit, infra sexaginta dies vtilis accusatio conceditur, vt scilicet illam proponere valeat. Illis enim præterlapsis, nec is quidem accusare poterit, nisi iure extranei. text. est in d. l. iure mariti, C. ad leg. Iul. de adulte. Utilitas hinc surgit, quia primo calu non se inscribit, secundo inscribit,

9

10

Et dicit Cor. Tac. *hist. Aug. li. 2. pa 62.* quod maritus olim tenebatur infra sexaginta dies vindictam sumere de vxore adultera, alioquin ipse pœna afficiebatur. Excipitur ille casus, quo maritus abfuit, occupatusve fuit in Reip. negotiis. *l. ob commissa, C. ad leg. Iul. de adul.* Diximus admitti virum ad accusandum adulteram coniugem, sed nunc aliqui casus, quibus ne is quidē adulteram vxorem accusare potest, addendi. *Primus* casus est, cum vir pariter eodem crimine seipsum cōmaculauit. *d. c. intelleximus, de adul. vel si cōcubinis sese commiscuit. Io. Pet. Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 16. nu. 47. 48. 49. 50. 51.* Commissa enim adulteria mutua cōpensatione tolluntur, *Abb. in ca. constitutus, n. 5. de conuers. coniu. qui in c. veniens, n. 8. eo. titu.* quomodo id intelligatur edisserit, & pbat *tex. in c. si. de adult.* quod compensatio datur, quo in puncto dicit *Surd. ubi sup. n. 79.* quod mulier cōpensat excipiendo, sed non tamen accusando, & vide etiam *n. 83. Io. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxor. col. 39. in fi. & seq.* Vbi ponit, quando par pœna iudicetur

dicetur inter adulterū & adulteram. Secundus casus est, si ille ipse vir adulterā vxorē tradidit. *c. discretionem de eo, qui cogn. consang. vx. sua.* Tertius casus est, si mulier vim passa est, vt de Lucretia Romana latius sup. differuimus. *l. vim passā, ff. ad l. Iul. de adu.* Quartus est casus, si ignoranter, & fraude mala inducta fuit, & cognita, dū crederet virū suū esse, *c. in lectum, 34. q. 2.* Quintus casus est, si maritū mortuū rationabiliter credēs, aliū sibi delegit virum. *c. & vim per bellicā, 34. q. 1. c. Dominus, ac Redemptor noster, de sec. nup. & in auth. hodie, C. de repud.* Sextus est casus, qñ post adulteriū secuta est recōciliatio cū viro. *c. quē admodū. de iureiu.* Si. n. post cōmissum adulterium illā retinuit, nequaquā poterit eā accusare de iur. ciu. *C. secus de iur. nouo, in l. crim. cū auth. seq. ff. ad l. Iul. de adu.* vbi ē dicit, q̄ si obiectū vxori adulteriū vir nō p̄bet, similitudine supplicii plectēdus erit. Fauet *l. castitatē, C. ad l. Iul. de adu. cū l. sine metu. eo. tit.* q̄ ducēs, vel reducēs de adulterio damnatā tenetur lenocinii, & rex. *in l. 2. eo. tit.* dicit, q̄ si deprehēssā in adu. retinet, vt leno punietur: aliud si suspectā habeat solū. Ad hoc Bal.

consil. 303. n. 1. lib. 3. Vbi respondit, virum illum accusare non posse, qui diu sinit, diuque post admissum scelus retinuit. *Clar. in d. §. adulterium, ver. caueat rtiām.* In tantum autem ius nostrum hoc auersatur crimen, vt etiam si ad iudicis mandatum vir cognoscat vxorem suam post adulterium, adhuc vsque a deo sibi præiudicet, vt lenocinii pœnam non euitet, & ab accusando arceatur. Ita *Diaz. in prac. cri. Cano. ca. 16. nu. 8. fol. 20.* Affirmatque *Eman. Suarez in thesau. recep. sent. in versicu. adulterium, n. 85.* communem* esse Doct. sententiam, vt remississe vir adulterium censeatur vxori, si post illud conuixit cū ea. Vnde *Io. Mil. in pr. cri. n. 12. fo. 152.* dixit, quod & stultitiæ, & infamiæ notā sibi inurit, qui post adulterium vxorē retinet. De qua re videndus & *Surd. d. tract. de alim. tit. 7. qu. 16. n. 75. utique 79. & 80.* *Io. Neuiz. quoque in Sylu. nupt. in §. conclusio suprascriptorum est, n. 127. fol. 39. in 3. vol. tract.* ostendit, quibus afficiatur incommodis, qui post adulteriū, & etiam post peractam pœnitentiam vxorē adulterā cognoscit. Septimus casus

casus est, quando ipsi viro proprium obstat iusiurandum, *d. c. quemadmodum, de iureiur.* Caueat tamen accusator, quia si post emissam accusationē pecunia corrumpi se patiatur, ideoq; ab accusando desistat, vel transigat, vt adulterium remaneat impunitum, vtiq; in pœnā l. Iul. de adul. incidet, *l. auxilium, in fi. ff. de min. l. de crimine. C. ad l. Iul. de adul. Bar. in l. transigere, col. 1. C. de transac. in ratione secundi dicti.* Non enim desistere potest sine abolitione, & si secus egerit, perpetuo exclusus manebit, *l. abolitionem, C. ad l. Iul. de adul.* Et tunc extraneus quicumq; ad accusandum admittetur, vt voluit Gram. *decis. 21. num. 5.* Illud quoque † notandum est, quod ¹² vno pendente accusationis iudicio, nec adulter, nec adultera vltius accusari possunt, *l. nihil. §. fi. l. si maritus, l. 2. §. pe. l. vim §. duos, ff. ad l. Iul. de adu. l. reos. C. eo. tit.* Quamquam accusatoris † ele. ¹³ Etio est, quem accusare malit e duobus, Bar. *in l. hos accusare. §. leg. Iul. num. 5. ff. de accus. & Ang. in tract. malefi. in vers. & Andream, num. 3. quos alleg. & sequitur D. Tib. in suo doctissimo tract. crim. tit. accusari*

qui non poss. rati. digni. offi. & reueren. nu. 34. fol. 148. in 1. par. vbi in sequen. num. quædam adducit huic nostræ materiæ admodum conferentia, præsertim, quod si adulter prius sit accusatus, & absolutus, mulier nequaquam poterit accusari: sed si cõdemnatus adulter fuerit, poterit quidem accusari mulier, sed non tamen oberit illi condemnatoria sententia in adulterum recitata, per tex. in l. denuntiasse, §. si. ff. de adul. Crau. consil. 206 nu. 2. lib. 2. Bap. de S. Blas. in tract. de correlatiu. vers. nonagesimo, nu. 29. in 12. vol. tract. inc. interrogatum, 2. q. 1. & alibi etiam latius diximus supra.

S V M M A R I A.

- 1 Accusatio adulterij quo in loco instituenda.
- 2 Coram ne iudice ecclesiastico an seculari: sed quando ad hunc; quando ad illum cognitio spectet remissive. 3.

Cap. X.

1 **S**ED si queras a me, quo loco instituenda sit accusatio, & coram quo iudice, Laico ne, an Ecclesiastico: Respondebo in ea prouintia instituentem accusationem esse, in qua crimen

com-

cōmissum est, per text. in l. si dum in tuo, C. ad l. iul. de adult. Iudex autem quis esse debeat, inde pendere videtur, num sit misti fori, an non. Et esse quidem attestati sunt Doct. complures inter quos. Deci. conf. 212. nu. 2. Abb. in ca. cum haberet, de eo, qui dux. in matrim. quam pollu. per adul. no. 2. & in c. cū sit generale, n. 23. de fo. comp. in c. consuluit 1. n. 1. de app. qui dicit ad ecclesiasticum spectare iudicem, non modo quādo agitur ad separationē thori, sed & quando agitur ad vindictam. Idem quoq; in c. 1. n. 3. de offi. ord. tenet respectu Laicorū cognoscibile crimen esse per utrūq; præuentione ēt multum valente, & tenet Crot. conf. 413. n. 46. lib 3. quod indubitata videtur quæstio cum agitur de separatione thori. Quia tūc indubie ad ecclesiasticū iudicē cognitio pertinet, Bella me. in c. cū Laicus 10. de for. comp. in 6. Fran. Mar. decis. 514. nu. 6. 7. par. 1. D Tib. in practic. crim. cap. 22. nume. 7. fo. 199. par. 1. Cla. qui cōmunem* dicit quæst. 37. vers. quæro nunquid separatio thori est ecclesiastici, in §. adulterium, versic. hoc crimen, & confirmat Soarez in thesaur. recept. sententiar. in versicul. adulterium,

nu. 87. qui tenent, adulterium esse mi-
 sti fori. i. vt ecclesiasticus iudex possit
 de eo se impedire & cognoscere, non
 tātum cum agitur ad separationē tho-
 ri; sed etiam cum agitur ad vindictam,
 & ad pœnā, vel saltem eo casu, quo se-
 paratur, & eo, quo reintegratur matri-
 monium, & desistatur ab ipso adulterii
 peccato, vnde ex eo tex. ita dicit Abb.
in d. c. cum haberent, quem sequuntur Ang. in
tract. malef. in ver. Che hai adulterato. Rom.
sing. 157. Fed. de Sen. consi. 97. Mulier accusa-
ta. & Abb. rursus in c. gaudemus, de conuers.
coniug. Anchar. in clem. dispendiosam, de iud.
Bal. in l. quoties, C. de iud. quicquid cōtra te-
nuisse dicatur Io. And. in c. si. de fo. cōp. in
6. qui tenuit, nō se impedire ecclesiasti-
 cum iudicem de adulterio, nisi cū agi-
 tur de separatione thori. *per c. rex debet,*
23. question. 5. vbi habetur, quod ad se-
 cularem iudicem pertinet punitio ad-
 ulterii. Sed Abb. *in d. cap. cum haberet, re-*
spōdet per tex. in c. 1. de off. ord. vnde tenet,
 misti fori hoc crimen esse, & quod ec-
 clesiasticus iudex compellere potest
 adulterum, vt abiuret adulteram, & re-
 deat ad vxorem, nempe quod eam a se
 aman-

amandabit, nec admittet vltterius. Ita etiam tenuit idem *Abb inc. intelleximus*, num 2. de adul. & stup. & *Gui. Pap. decis. 178.* & dicunt Doct. in præcitatis locis, potissimum *Franc. Marc. post Abb. quod adulterium ideo est misti fori, quia participat de pœna adulterii propter separationē thori, & etiam ciuilis dicitur propter lucrum dotis & contra-dotis, quæ veniunt accessorie ad matrimoniū, c. per vestras, c. plerūq, de don. int. vir. & vxo. Car. per Io. de Imo. inc. tuæ, de procur.* Quamquam alii tenent, posse mulierem etiam criminaliter accusari coram ecclesiastico iudice, per *d. ca. gaudemus, de conuers. coniug.* quia hodie mulieri capitalis non imminet pœna pro adulterio: vnde potest Ecclesiasticus iudex cognoscere propter matrimonii sacramentum; ex quo adulteri sacrilegi dicuntur, vt superius probauimus: ideo cum misti fori sit isthæc cognitio, præuentioni locum fieri vult *Fr. Mar. d. dec. 514. n. 7. par. 1. †* Sed pace omnium dixerim, neminē vidi qui luculentius materiam hanc, & intelligibi-

lius, quam D. Tib. in praesentatione eius tract. cri. lib. 4. tit. Misti fori qui sint, nu. 7. vbi septem distinguit casus, seu maus septem constituit regulas, ex quibus clare dignoscitur quando ad ecclesiasticum, & quando ad secularē iudicem adulterii cognitio spectet. Ideo, ne alienos labores meos faciā, neue tāti viri gloria videar inuidere, ad eū remitto candidū Lectorem, qui singulis quibusq; occurrētibus casibus decisiones accommodare poterit, & scire quando Ecclesiasticus iudex sit ad eū dū, & quando secularis.

S V M M A R I A.

- 1 *Ex inquisitione officij etiam posse procedi in adulterio, simulque implorari brachium seculare.*

Caput XI.

HÆC de quibus ratiocinati sumus haftenus locum habent in casu accusationis. Sed an ex inquisitione procedi possit, & per viam inquisitionis de adulterio cognosci, Craue. *consi.* 137. num. 10. in fi. lib. 1. disputat, & concludit vtilitatem, quæ sequitur cum per
viam

viam iustitiæ adulterii iniuria prosequitur, ideo procedi posse ex inquisitione. Dic, quod sic, quia de hoc habemus tex. apertum, *in c. perniciosam, de offi. ord. & tenet Bart. in leg. 2. §. & si publico. colum 2. in fi. versic. pro declaranda glos. ff. ad leg. Iul. de adult. sequiturque Andr. de Iser. in Constit. Regn. in Constit. asperitatem. in fin. verbis sub rub. de adulter. & Lenoc. ea ratione, quod adulterium publicum sit crimen, in quo etiam non accusante viro, mulier ex officio inquiri, & condemnari potest, d. leg. 2. §. & si publico. etiam si vir parcat. Idem tenet Afflict. in d. Constitu. Asperitatem, Grammat. decis. 31. tota, qui refert præalleg. Doct. ipsumque And. de Iser. in Constitu. Humanitatem, quod maxime verum esse defendit in notorio adulterio. Sed quid plura? Exstat Concil. Trident. sess. 24. c. 8. dirimens omnem contentions ansam, quia decidit posse ex officio procedi, simulatque implorari brachium seculare, quicquid ratiocinatus fuerit Foller. in practic. civil. parte 6. princ. nume. 1. fol. 411. & in practic. crimi. Cano. parte 2. versicul. vel Flagitium*

* *carnis*, nu. 13. fol. 222. & a communi*opi-
nione, vt ex officio inquiri possit, stat
Alciat. in cap. perniciosam, num. 18. de offic.
ordin. tomo 4. per eum text. ibi, & in ca. con-
sultuit, de appel. cap. gaudemus, & cap. intel-
leximus, de adult. Et dicit Alciat. quod
* est communis* opinio, secutus Fely.
in cap. cum sit generale, de fo. comp. Et Ioan.
And. in cap. fin. eod. titu. de qua re viden-
dus Alciat. latius in ibi, qui multa ad-
ducit, quamquam dicit Diaz. in pract.
Cano. crim. cap. 79. nume. 7. quod ecclesi-
astici iudices non admodum diligen-
ter inquirere solent in eiusmodi adul-
terii casibus.

S V M M A R I V M.

*Accusationi & inquisitioni adulterii an
prescribatur quinquennium.*

Caput XII.

Quid autem erit eo casu, quo & ma-
ritus, & quiuis alius siluit, nec ac-
cusauit, & iudex inquirere neglexit,
nunquid integrum erit semper, & illis
accusandi, & huic inquirendi? Et non
esse post quinquennium communiter
* * tenetur, quia annis quinque ita præ-
scri-

scribitur, ut utrisque accusandi facultas iis præterlapsis denegetur. *text. est in l. mariti, § hoc quinquennium, D. ad l. Iul. de adul. Boer. dec. 26. n. 12. 13. 14. pag. 1. Nou. Reg. 20. n. 9. in 9 fall. Meno. de arb iud. sen. cas. 287. nu. 13. Foll. in pra. ciui p 1. secun. p. n. 19 fol. 127. nisi tamen admisceatur incestus, aut violentia, ut per eum, & Iac de Bell. in sua pract. tit. de leno. num 31. fol. 16. & fol. 224. in 7. volum. tract. notaturque in leg. querela, C. de fals. Clar. d. § adulterium, vers. unum tamen, qui est versic. ultimus, ubi id verum admittit in simplici adulterio, sed non item ubi admiscetur incestus, aut sacrilegium, quia ea crimina non præscribuntur nisi viginti annis, quemadmodum euenit etiam in ceteris criminibus. Fauetque lex adulter. C. ad leg. Iul. de adul. Intellige quoque, ut adulterium, & lenociniū quinque annis tollantur, i respectu adulteri, secus respectu adulteræ, quia sex tantū utilium mensium spatium, duorum marito, & quatuor sibi, & extraneis, ut docet D. Tib. in d. tract. cri. tit. de præscri. temporis quando quis repellatur ab accusando. capit. 37. n. 6. fol. 145. tom. 1. ubi num. 7. &*

seq. Vbi inquit fallere conclusionem nostram principalem, vbi adulteriū deducitur per viam exceptionis, quia quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum *per iura vulg.* Et ibi ponit etiā alias fallētias non admodum distantes ab eo, quod agimus.

S V M M A R I A.

1. *Reo adulterii quænam exceptiones, & defensiones competant.*
2. *Exceptio adulterii an competat heredibus viri, contra uxorem repetentem dotem.*

C A V T X I I I.

DE accusatore, & † iudice tractauimus. Nunc ex ordine de reo aliquid dicendum est. Quænam illi cōpetant exceptiones & defensiones. Et quidem *Foll. in prax. cri. par. 6. pr. tit. exceptiones, contra adulterium, fol. 411.* ponit capitula quæ formare debet, qui adulterii delatus est, in sui defensionem, post articulos formatos pro parte accusatoris, siue inquisitoris: quæ quia plura sunt, & circa factum magis quam circa ius versantur, ideo illa hic non

non refero, cum sufficiat lectorem
 commonuisse, vt in occurrentibus
 negotiis valeat ex eis instructionem
 capere pro sui clientis tuitione. Et idē
 Fol. nōnulla docet, *in pract. civil. part. 2.*
nu. 15. fol. 19. Illud autem expedit scire,
 quod in adulterii crimine multæ pro-
 poni exceptiones possint, vt accusa-
 tor repellatur, vt docuit *gl. in l. ita nobis,*
in ver. quinquennii, C. ad l. Iul. de adulte. Et
 friuolæ quidem exceptiones non ad-
 mittuntur, sed legitimæ tantum, quæ
 processui oppositæ ante omnia veni-
 unt examinandæ. Et si non releuent,
 tunc demū de crimine adulterii cog-
 noscitur. *l. adulterii, Cod. ad l. Iul. de adul.*
 Datis nēpe debitis dilationib. si nomē
 adulteri inter reos receptū sit, alioqn
 secus, q̄a nullæ dilationes dātur, si ve-
 rū dicit, *gl. in d. l. adulterii, in vers. non pōt,*
C. ad l. Iul. de adult. Lite autē contestata
 nō dari adulterii exceptionē probat
Surd. in sapius alleg. tract. de alim. tit. 7. qu.
16. n. 54. ante litis contestationem. Sic inci-
 dentes ante processum vltiorem
 sunt cognoscendæ, & diminuendæ.
leg. quoniam, Codic. ad legem Iuliam. de adul.

Et sciendum est primum, quod tres solent exceptiones proponi, *temporis*, scilicet, *hoc est, prescriptionis, lenocinii, & ordinis in accusando seruandi*, vt docet Imp. in l. ita nobis, ad l. Iuliam, de adulter. Nullitatis dehinc exceptio, adulterii accusationem excludit. *text. est in leg. si eius. C. ad leg. Iul. de adult.* De tempore, & prescriptione accusationem impediente, & processum, diximus supra in proxime præcedenti quæstione. De exceptione quoque lenocinii nonnulla alibi adduximus, & alibi adducemus, Et nunc illud additum esse volumus, quod si mulier agat ad dotem, & vir, heredesue eius de adulterio excipiãt, replicare vxor poterit de viri lenocinio: vel etiam si vir criminaliter agat in vxorem ad pœnam, poterit illa similiter de lenocinio excipere, quia, *vt dictum est supra*, paria delicta mutua compensatione tolluntur, l. viro, l. cum mulier, ff. solu. matrim. Et ita quoque respondit Castren. consilio 126. in antiquit. De ordine tandem asserimus supra satis dictũ fuisse, dum de accusatore, & accusatione tractaremus, quis scilicet

cet

cet prius, quique postea ad accusan-
 dum admitti debeat. Vnde si mulier
 excipiat a se nō esse inchoandum, sed
 ab adultero, vel quod nuptias nō prae-
 cesserit nuntiatio, audienda erit, per l.
qui uxori, l. denuntiasset. ff. ad l. Iul. de adult.
 Goffredus in sum. titulo de adulteriis,
nu. 5. fol. 431. Huc referri possunt (ne tē-
 pus inutiliter conteratur) quae dixi-
 mus supra, dum de accusatore loque-
 bamur, & septem casus distingueba-
 mus, quibus non datur accusatio. Illi
 siquidem singuli in vim exceptionum
 deduci, & opponi possunt, si casus de-
 derint. Quod si cuiquam dicti casus la-
 tis esse non videantur, legatis Spec. in
tit. de accu. ver. Item contra agentem. Et eū-
 dem Specu. in ti. de crim. in mod. exceptio.
proponen. in versicu. excipitur. Quia ex eo
 plures hauriet exceptiones. Quod si
 nec his contentus erit, videat Goff.
in sum. tit. de adult. n. 5. & seq. fol. 431. Et an
 vir uxore defuncta possit heredibus e-
 ius adulterii exceptionem opponere,
 tractat Abb. in ca. plerunque, numero 7. de
do. int. vir. & uxo. qui quidem Abb. in c.
significasti. n. 9. de divor. ponit, num mu-
 lier marito adulterium, etiam nō no-

toriū possit obiicere. Et Goff. *in sum. d. tit. de diuor. n. 16* aperit tibi num adulteri digne pœnitentiam agentes, accusatorem repellere possint ab accusatione. Sed quoniam contingit nonnunquã, ut nō agatur res inter virū, & vxorē, & inter vxorē repetētē dotem, virique heredes, opposcentes adulterii exceptionem, idcirco non abs re esse putamus, si differamus, ostendamusque nunc, num talis exceptio cōpetat, ipsisque detur heredibus. Et quodem dari tenuit Surd. *in d. tract. de alim. tit. 7. q. 14. nu. 15.* si maritus modo adulterium vxoris ignorauit; per multa quæ ipse inibi allegat. Hunc aut̄ articulum tractarunt prius Doc. complures, inter quos Abb. *inc. plerunque, nu. 7. de don. int. virum & vxorem, & ante illum Speculator eodem titulo, de donationibus int. vir. & vxo. §. si. vers. quid si mulier agat, & in tit. de excep. §. d. versic. item queritur, Bar. in l. rei iudicata, ff. sol. mari. relati ab ipso Abb. in loco dudum citato, qui omnes tenent non dari heredibus hanc exceptionem adulterii, vbi maritus viuens sciuiſſet: & tacuiſſet, secus si ignorat.*

nora-

norasset, *ut supr. Bald. de Vbal. ita etiam res-
pondit in consil. 15. numero secundo, libro 2.
consil. crim. diuers. Doct. qui alleg. tex. in dict.
leg. rei iudicatae § heredi, Digest. solu. matri.
Dy. Cy Bar & alios in l. consensus, §. utrum
in versicul arguitur mulier ibi, in glossa qua
incipit, ut tantum verba mariti, Codic. de
repud. Sed ipse Baldus in præcitato lo-
co admittit quidem conclusionem
hanc, vbi sciuit maritus, & mores vxor-
is approbavit tacendo, & patiendo:
verum si viuens conquestus est in vi-
tina cum amicis, & consanguineis,
vnde constat eum non contempsisse,
nec approbasse vxoris mores, aliter
dici posse infit, nempe ut si non de
actione, sed de exceptione agamus,
heredes viri adulterii vti exceptio-
ne, quandoquidem vera est conclu-
sio, quod exceptio ad heredes
transit. leg. tertia, §. hæc pæna, Digestis
quod quisque iur. ut sic dicamus inde
natam ex impudicitia vxoris lu-
crandæ dotis occasionem, quod
mores vxoris non approbauerit,
argumento leg. finalis, Codice de reuo-
canda donatione a contrario sensu, & leg.*

quemadmodum, ff. de inoffi. testam. Ideoq; si viuens maritus conquestus est, utiq; conquestionem, & ius repetendæ, vel retinendæ dotis ad heredes transmittit per not. in §. quia vero plurimas, in auth. ut lic. mat. & asi. ubi Iac. But. & cum ita argumentatus fuit, tandem priori accedit sententiæ, ea ratione ipsa, quod vir diu dissimulare visus fuerit, dum in iudicium non deduxit conquestionem suam. Nam cum marito duo dentur ad accusandum tempora, & nullo accusauerit tempore, utique consensisse videtur, argu. l. sed si unus, C. si domini, ff. de iniur. Aliam præterea rationem addit, quæ talis est: Actio ut dos perdatetur est ad vindictam, & ob id ad heredes non transmittitur, nisi præparata fuerit, & in iudicium deducta, l. constitutionib. ff. de act. & obl. Tertiã in super subinfert rationem, quod casus apertus est perditionis dotis ob adulterium, & natiuitatis actionis, in l. si. C. ad leg. Iul. de adul. Cui tamẽ tex. responderi posse ait, quod loquatur in viro, non in heredibus, cum alia viri, alia heredum sit conditio; ille enim proprium, hi alienum

num

De Adulteriis.

num prosequuntur dolorem, & iniuriam. Declinari quoque posse infit text. *in capitu. plerunque, de dot. post diuort. repeten.* vbi si propria voluntate fornicandi causa mulier recedat a viro, dotem perdit, quam postea non repetit, dicit enim intelligi id secundum limitationem aliarum legum, tandemq; fatetur dubiam satis quaestionem esse, sed non propterea recedendum ab opinione Dy. Cy. & Barto. ac aliorum supra relatorum. Negatiua autem, vt heredibus non detur isthaec exceptio, communem * pro se habere * Doctor. sententiam, fatetur Soarez. *in thesau. recep. sent. in versi. adulterium, n. 82.* sed contra stare magis communem * * id quod qua ratione asseuerauerit, etiam si enumerentur Doctor. non satis perpendo. Hanc posteriorem affirmatiuam amplexatus videtur Alexa. *in cons. 189. toto libr. 6. eo. casu, quo vir coquestionem emisit, licet non in iudicio, & alleg. Ioan. de Imol. in leg. cum mulier, colum. 7. vers. item aduerte, quia hoc procedit quando vir viuit, Digest. sol. matri. Iac. de Bellou. quoque in d. §. quia vero plu-*

G

rimas, in fin. qui alleg. text. in l. si uxor, ff. ad l. Jul. de adul. & in d. c. plerunque, Ang. in d. l. rei iudic. §. & herede, Castren. in d. l. cum mulier, Andr. de Iser. in capit. i. §. porro, qua fue. prim. cau. amit. Sal. in l. fi. C. ad leg. Jul. de adul. Rom. in d. l. Lucius, alle. quoq. Alex. ubi supra Iac. But. Pet. Cyn. Sal. Ang. Anch. Lap. & alios. vnde hanc vere communem esse attestatur, quando maritus conquestus est, etiam si in iudicium conquestionem non deduxerit. Hanc tenuit Bal. sibi non constans in consil. 302. n. i. li. 3. per leg. consensu. C. de repud. in §. vir quoque secundum ius civile, per d. cap. plerunque de dona. int. vir. & uxor. de iure canonic. Et hinc non præscribi vilo tempore hanc exceptionem dicit Soarez, ubi sup. n. 98. At pars prior propugnatores habet Dyn. Cyn. Bart. in præcitatis locis. Item Bald. consil. 182. lib. 3. Anto. de But. in cap. fin. per eum tex. de donationib. inter virum & uxorem, Castrens. in leg. 2. §. si voluntate, Digest. solut. matr. Imol. in leg. si constante, in fine, eodem titulo, Iac. Nouel. in pra. crimina. §. non inutiliter, numero decimo nono, folio centesimo sexagesimo sexto. & alios superius relatos, vnde negari non posset

posset quin multum insit dubitatio-
 nis. At mihi sententia Dyn. & affecla-
 rum magis arridet, quandoquidem
 stringit tex. in d.l. si. C. ad legem Iuliam. de
 adult. Et quamuis loquatur de heredi-
 bus mulieris, ea de mortua: nihil tamē
 prohibet quin etiam mortuo marito
 eius deseruiat heredibus, cum certū
 sit, maritum & vxorem correlatiuos
 esse, vt late deducit Socin. sen. consi. 34.
 versicul. item quacunque libro 1. Ideoque
 quod in vno dispositum est etiam in
 alio cēsetur dispositum, etiam in pœ-
 nali materia. Bar. in auth. qui semel, Codic.
 quom. & quan. iud. l. si quis seruo, vbi glos. &
 Doct. C. de fur. c. cum expediat, de elect. in 6.
 Clem. 1. in fi. de heret. Vnde solutio Bald.
 in d. consil. 15. numer. 2. non videtur vera.
 Ad l. consensu, de repud. responderi po-
 test, quod admittit quidem repudiū
 in casu adulterii, sed de exceptione
 ab heredibus proponenda nihil o-
 mnino agit, quod videam, ideo non
 pertinet ad hanc quæstionem. Si-
 militer text. in cap. plerunque, nihil mi-
 nus agit, quam de exceptione here-
 dibus competente, vel non, sed

tantum, quod mulier perdat dotem propter adulteriū, vnde iura illa impertinenter adducuntur. Ad reliquas rationes respondet Bal. & alii in præcitatæ locis, vnde puto ab ipsa opinione Dy. & sequacium minime recedendum esse, quam opinionem multis fulcit Tiraquel. *in leg. si unquam, in ver. suscepit liberos, n. 217. f. 183. C. de reuo. donat. ubi multos allegat.* Et quia adulterium est non modo carnale, sed & spirituale, vt hæresis, num detur compensatio de vno ad aliud, tradit Abbas *in rapitu. mulier quæ, nume. quinto, de conuersi. coniug.*

S V M M A R I A.

- 1 *Transigere super adulterio cur non liceat pendente iudicio, plures adducuntur rationes, non tamen prohibetur odii rancorisque remissio inter coniuges.*
- 2 *An transactio liceat in attentato dumtaxat adulterio.*

CAPVT XIII.

Quoniam vero pendente iudicio, & priusquam feratur sententia, solent sæpe partes inuicem transigere,

re, vel concordare, iniuriamve adul-
 terii sibi remittere, ideo vt & hoc ipsū
 examinemus, legenti conducere exi-
 stimo. Et in hoc, stat conclusio vera,
 & ab omnibus recepta, * quod quāuis *
 de aliis criminibus sanguinis pœnam
 promerentibus transigi possit, certe
 de adulterio transigi non potest, per
tex. cum ibi traditis. a Doctor. in l. transigere,
C. de transact. Ioan. Mil. in pract. cri. in tra.
probat. nu. 6. fol. 142. Ioan. Berber. in director.
iur. tit. de adulteriis ibi, propter eius enormi-
tatem de eo transigere non permittitur, &
alle. l. de crimine. C. ad leg. Iul. de adul. Franc.
Nicoui. in cap. quoniam contra, nu. 14. fol. 11.
*de probat. Et est communis * opinio te- **
ste Emanuel. Soarez in thesau. recep. sent.
in vers adulterium, nu. 90. 91. Alcia. in d.
l. transigere, n. 16. tom. 4. ubi nu. 20. ubi ra-
 tionem vir acutissimus inquit, cur
 exceptum sit adulterium ab aliis san-
 guinis criminibus, vt de eo nemini li-
 ceat transigere. Et quia autumāt qui-
 dam, id factum esse ratione grauitatis
 delicti, alia ipse grauiora esse conten-
 dit. Alios porro ita credere ait pro-
 pter castitatis fauorem, quam legisla-

tores maxime affectant & fouent, vt liberi homines facilius ad nuptias incitentur, sicque liberis hominibus ciuitates repleantur, *iuxta text. in leg. prima. Digest. solut. matr.* Et hunc crebrius* probari a Doct. in fit. Dehinc citat Bartolū & Baldū, putantes id fieri ea ratione, quod clam adulteria patrari soleant, humaniterque secum agi existimarent complures, vbi conspicerēt pecunia se posse transigendo a crimine eximi. Et hanc sibi nonnunquam placuisse asserit Alcia. sed publicæ utilitatis rationem, vt delicta puniantur, anteponit. Quæ tamen ratio non cōcludit, cum etiam in aliis criminibus eadem puniendorum delictorum ratio militet, cum Reipubl. inter sit, ne delicta remaneant impunita. Et tamē in iis admitti transactionem certum est. Ideo ratio Barto. & Bald. mihi magis placet. Scio Alciat. ipsum *Paradoxo. libr. quinto. capitulo octauo.* aliorum retulisse sententias, & præsertim Alexandri qui Bartholum impugnavit, tandemque suam protulisse sententiam. *in versiculo omisissis.* Itaque
vbi

vbi dicit, iure veteri adulteros nulla
 sanguinis pœna plexos, sed deportari
 solitos, *l. si quis viduã, ff. de quest. Bartol. in
 l. Claudius. ff. de his. quib. vt indign.* Et ob
 id cum eo iure pœna sanguinis locum
 non haberet, ideo translationi locum
 non fuisse. At quia posterioribus le-
 gibus capitis pœna adulteris indicta
 est, ideo licet circa pœnam dispositio
 sublata sit: non tamen sublata fuit cir-
 ca transactionem ex rationis identi-
 tate, vt crimina puniantur. Subtilis
 quidem ratio est, eoque digna viro,
 sed Bartol. tamen ratio non displicet.
 Sufficiantque hæc circa transactionē,
 cum parcendum sit auctoritati bus v-
 bi *lex ipsa loquitur.* Illud etiam scire de-
 cet, quod si clericus adulterii in simu-
 latus, data pecunia composuerit cum
 officiali Episcopi non tamen effugit
 Episcopi ultionem, vbi is velit
 cognoscere, criminofumque ple-
 ãtere. Ita respondit Castrensis *consilio 2^o
 centesimo decimosexto. numero primo, libro
 primo. in nouis.* An ¶ autem transactio
 licita sit in attentato duntaxat ad-
 ulterio, disces ex Baldo *in consilio tri-
 gesimo tertio. libro quarto. vbi Perusi.*

num interpretando, statutum quoddam valere respondit, sicut & valere transactionem probat in præsumto dumtaxat adulterio Alc. in l. transactio, num. 10. C. de transact. ubi ex tex. in §. fin. in auth. ut lice. matri & aui. amicabili compositione decidendam controuersiam esse dicit, cum quis post primam denuntiationem, alienam adhuc sollicitat uxorem, ut in auth. si quis, Codic. ad leg. Iul. de adult. Age vero, si nullum sit matrimonium, violari nullo modo posse, & redimens uxorem suam, quod dedit repetit, & vltius criminaliter punitur accipiens: Redimens autem peccatum suum, super quo transigere fas non erat, quod dedit non repetit, puniturque præterea, tam ipse, quam accipiens, ut probat textus in leg. serui, Codic. ad legem Iuliam. de adult. Ceterum quia de remissione huius criminis meminimus supra, ideo dicamus, quod licet inhibita sit transactio super adulterio: non tamen prohibetur odii, rancorisque transmissio, ut paci locus fiat, quam rationem placere & Bartholo & Alexandro,

andro, inquit Alciat. *in loco dudum citato*. Et neminem contradicere asserit ex ipsorum Bar. & Alexand. attestatione, confirmatque Surd. *in tracta. de ali. tit. 7. quest. 16. versi. 84. vol. 102. vbi usque ad num. 107.* ostendit, iniuriam quoque non transigēdo, sed tacite remitti coeundo cum vxore post admissum scelus adulterii, eo casu, quo vxor pœnitentiam egit, sine qua pœnitentia lenocinii teneretur, peccatumq; mortale incurreret, vt ipse Surd. probat, & nos alibi supra confirmauimus. Et ne multis agamus, probat idem Surd. eo loci, censeari viro mulierem adulteriũ remisisse, si adulterium nō ignorauit, & tamen post illud a viro cognosci se passa est.

S V M M A R I A.

- 1 *Probationibus testium cur difficulter adulterium probari contingat, nec tamen infames testes repelluntur, numero septimo.*
- 2 *Presumptionibus violentis probari debet adulterium, eaque explanatur. sed ante omnia probandum est matrimonium. 6.*

- 3 Adulterium esse notorium ac manifestum qualiter probari possit.
- 4 Contra Clericum sufficiunt leniores coniecturae.
- 5 Probationes adulterij quae fiebant ex veteri lege diuina.

CAPVT XV.

Sinec transactio admittitur, nec remissio adulterii, consequens est, ut res ad probationes reiiciatur, ut iudex possit ex deductis, probatisque, & allegatis suam formare sententiam, *l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. praesid.* Probationes autem in hac nostra materia fiunt, aut praesumptionibus, aut testibus, & magis praesumptionibus, quam testibus propter difficultatem plenae, & directae probationis, quemadmodum difficilem esse arbitrantur Doct. ob id, quod adulteria clam & secreto committi solent, semotis testibus, *ut in primo volum. tractat. fol. 257. nume. 2. inquit Alber. in tractat. de testibus titu. quan. test. repellan. ratione domesticitatis, & non nisi filum medium inter duos trahatur, probari possit. Adulteri enim oculus obseruat caliginem, dicens, non me videbit*

debet oculus, & operiet vultum suum, ut
 in sacris literis Iob. cap. 24. dicit Franc.
 Marc. decis. 764. nume. 1. q. 2. quod adul-
 teri nocte vagari solent, ideo non mi-
 rum si adulteria probatu sunt diffici-
 lia, cum clam & secrete committi so-
 leant. Et vere conveniunt Docto. o-
 mnes, * quod adulterii probatio diffi-
 cilis admodum existat, nec directe pro-
 bari possit, ita no. omnes. in cap. praterea de
 testib. in cap. tertio loco. de presunt. in cap.
 cum caussam. de probat. capit. 1. & cap. signi-
 ficasti. de adult. Alexand. in l. capite quin-
 to ff. ad l. Iul. de adulte. post Bald. in cap. 1.
 column. 7. versicul. 4. nunquid sit idem di-
 cere, qui caus. feud. amit. Bar. in leg. 2. § 2. &
 in l. quod ait lex ff. ad l. Iul. de adulte. Marfi.
 consil. 28. nume. 5. lib. 1. Corn. consil. 171. num.
 1. lib. 2. Menoch de arbitr. iudic. sentent. cas.
 116. numer. 11. & 65. Marsil. item consil. 1.
 nume. 47. lib. 1. consil. 116. nume. 8. lib. 2. Ioan.
 Fontanel. consil. 97. numer. 30. lib. 2. cons. cri-
 min. diu. doct. ubi rationem affert, cur
 directe probari non possit, quia. s. visui
 non patet. Ang. de Cambiglio. de Areti. in
 tract. de testib. post num. 4. glo. 46. ubi id ve-
 rum dicit esse, etiamsi videns in le-

Et o nudum cum nuda, quia vel nimis
 iuuenis, vel frigidus, vel maleficiatus
 esse potest, *Grat. qui communem* pronun-*
tat in consil. 50. nu. 2. lib. 2. Marfi. d. consi. 28.
num. 5 lib. 1. Jac. de Bellouis. in pract. titu. de
Lenon. num. 46. 47. 50. vbi dicit excusari
 solum cum sola, nudum cum nuda pau-
 citate vestium, affinitate, dilectionis
 feruore, religionis, & temporis con-
 suetudine, vbi alioqui non sunt perso-
 nae suspectae, quia si suspicio caderet,
 secus esset, quia in dubio praesumere-
 tur libidinis causa, *Marsil. consil. 2. nu.*
4. cons. 21. num. 4. cons. 51. num. 26. lib. 1. cons.
105. num. 25. consi. 132. num. 7. lib. 2. vbi multo-
rum aggregat auctoritates. Hinc patet, vi-
 olentis dumtaxat praesumptionibus ad-
 ulterium probari, ex *Bart. in l. quod ait,*
ff. ad l. Inl. de adul. & in l. 2. §. in l. cap. 5. ff. eo.
per tex. in c. praeterea, de testi. vbi gl. & Doct.
Ant. de But. in d. cap. 3. loco de praesumpt. vbi
gl. & Doct. Foller. in pract. crim. par. 6 prin.
num. 3. fol. 41. Rol. a Val. consi. 7. num. 19. consi.
50. num. 2. lib. 1. qui directam negat fieri
 posse adulteri probationem, etiam si
 dicant testes, vidisse hominem mulie-
 ri incumbentem. Et vt parcamus au-
 tori-

toritatibus; sat sit dixisse, quod ita cō-
 muniter * Doct. tenent, qui idcirco ad
 coniecturas esse recurrendū asserunt,
*d. cap. præterea, de testib. l. cum probatio. ff. de
 proba. l. quero, §. fin. ff. de edil. edict. Castren.
 consil. 117. Bald. consi. 1. colum. 7. versi. quero
 nunquid sit idem dicere, quib. mod. seu amit.*
 Lex enim, vbi difficilis est probatio,
 iis contenta est, quæ fieri possunt, si nō
 vere, saltem præsumtiue, in specie in
 adulterio, in quo dicunt quidam, non
 solum difficilem esse, sed & impossibi-
 lem probationem, & ob id sufficere
 quascunque verosimilitudines, vt si
 visus solus cum sola, & nudus cum nu-
 da, & sint suspecti, *d. ca. literis, de præsumt.*
 vel proprii auditus cum fama, puta
 quod testes audiuerunt simul se com-
 miscentes, & confricantes, quos tamē
 videre non poterant noctis tenebris
 obsistentibus: audiebant voces sibi
 notas: iucundos anhelitus: suspiria a-
 morosa: venerea oscula, & alia libidi-
 nis exitum indicantia, quibus si acce-
 dat fama publica, tunc dicunt ad o-
 mnia sufficere, vt probatio plena di-
 catur, *Abb. in d. c. præterea, de testi. & in d.*

cap. præterea, de testib. & in d. capit. literis Barto. in l. 2. ff. de fur. & in d. l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adulte. Bald. quoque in eo. capit præterea. Alberic. de Rosa. d. tractat. de testibus titulo quan. testes repellantur ratione domesticitatis, numero 24. fol. 257. in secundo volumine tractat. Et probatur per testes, qui vnus post alterum viderunt per rimulam, vt volumin. 4. tractat. numero 187. fol. 174. dicit Nell. in tractat. de testib. versiculo in testibus. numer. 187. Modos probandi adulterium tradunt Bald. in d. cap. primo, quibus modis feud. amittat. in l. prima, C. de caduc. tollen. Bartol. & Alexand. in leg. 2. §. fi. ff. ad l. Iul. de adulte. & in l. quod ait lex eodem titul. Cano. in d. cap. præterea de testib. in cap. literis, de præsumt. in d. cap. 3. loco eod. titu. glo. 3 in cap. nihilominus, 3. quæst. 9. Franc. Aretin. in l. hac consultissima, in fi. C. de test. Cassan. in consuet. Burgund. in titu. des dretres, §. 6. colum. 1. versic. s. d. quomodo, fol. 167. Clar. d. §. adulterium, versic. secundo quæro. Singularibus testibus probari posse credit Crauet. consi 205 nu. 24. vbi magnam surgere inquit coniecturam, quando inueniuntur mas, & fœmina per multam

tam noctem in locis abditis, *Rol. a Val. consi. 34. nu. 6. lib. 2.* qui ait, probari adulterium per testes asseuerantes vidisse mulierem solam in thalamo cum viro solo, qui figebat oscula, tractabatque illius mamillas, *Foll. in pract. civi p. 2. n. 13. 14. f. 19 & n. 69 f. 32.* qui docet quomodo, quibusq; coniecturis adulteriū probetur. *D. Por. Imo præcept. meus, cõcl. 34 n. 16 f. 114.* vbi singulares ad id sufficere testes contendit, *Blanc. in repet. l. si. nu. 69 de quæst.* vbi ex præparatoriis probationem hanc fieri asserit. *Soc. cons. 54. nu. 4. lib. 3.* auditum sufficere probat modo, quo exposuimus supra. & idem *Soc. in l. 1. n. 21. ff. si. cer. pet.* aperit quo pacto isthæc conficiatur probatio. *Ancha. in cap. significasti, num. 2. 3. de diuor.* docet qualiter probetur adulterium † notorium esse. *Abb. in cap. intelleximus, nume. 5. de adulte.* notorium & manifestum dupliciter probari, ait, si publice mulier adhæsit concubinario, & si filium habeat cum alio marito, aut palam admittit viros ad adulterandum, *Bart. in d. leg. 2. in princip ff. de furt.* *Abbas in capit. cum non ab homine, & in capit. tertio loco.*

colum. 4. in fi. de prob. Par. de Put. in tracta. de
 Synd. versi. mandavit, colum. 4. no. in ca. tua,
 & in c. fin. de cohabit. Cler. & mulie. in cap.
 cum diæcesi. de usur. in l. palam ff. de rit. nup.
 Ang. in summ. in vers. adulterium, versic.
 pen. & Fuma. in aur. armil. in ver. adulteriū,
 versic. ultimo. nume. 11. Guill. de pas. consil. 26.
 nume. 4. lib. 1. consil. crim. diu. doct. Mil. in
 pract. crim. num. 48. fol. 148. Fely. d. c. ex li-
 teris, de presunt. per osculum probari
 ait, Bald. in l. siue possidetis, C. de probat. in
 fi. 2. colum. & in d. cap. ex literis, etiam in
 dubio præsumi, ait. Rol. a Val. consil. 50.
 num. 2. lib. 1. sufficere præsumtiuas pro-
 bationes affirmat. Quæ autem sint illæ
 præsumptiones, ponit Corset. in repert.
 Abb. in versi. testis, licet vnus post aliū.
 Confirmat Cic. in Topi probari adulte-
 rium colloquio, tactu, visu, basio, & si-
 milibus. vnde prodiit versus:

*Visus, & alloquium, tactus, post oscula
 factum.*

Docet etiam modum probandi hoc
 crimen Pet. de Barbo. consil. 96. nume. 8.
 lib. 1. consil. crim. diu. doct. & ante eum Alex.
 consil. 189. num. 1. lib. 6. Capel. Tholos. dec. 309.
 & in addi. Carer. in pract. in tracta. de hom.

§. 6. num.

S. 6. nu. 259. fol. 121. vbi etiam ponit articu-
culandi modum, Boss. tit. de rap. mul. nu.
12. fol. 187. & tit. de coit. damna. & punib. n.
59. fol. 192. Fran. Marc. dec. 514. nu. 14. part.
1. & dec. 899. n. 10. ea. par. Alberi. de Rosa.
eo. tract. de test. titu. quæ pos. contra dicta test.
oppon. n. 10. in 1. vol. tract. Bal. in rubr. C. de
proba. Et Doct. in leg. quia semper, ff. de in
ius voc. in leg. miles, S. defuncto, ff. ad l. Iul. de
adult. Barba. in capitu. per tuas, de prob. Ios.
Fontanel. cons. 97. n. 31. lib. 1. cons. crim. diu.
Docto. violentis præsumtionibus hanc
confici probationem persuasum ha-
bet, vnde numer. 33. putat vrgere satis,
quando in domo pulcræ puellæ iuue-
nis inuenitur, & nu. 32. sufficere cōuer-
sationem, nuditatem, solitudinem, æ-
tatem, lecti communem vsum eiusdē,
nocturnum tempus, auditum testiū
tenui parieti adhærentium, commi-
stionem, oscula, cōplexus, quæ simul
iuncta procul dubio probationem
constituunt, Alex. cons. 77. n. 2. lib. 7. Bal.
in cap. 1. colum. 6. quib. mod. feud. amit. di-
cunt perinde esse, si probetur duos in-
simul iacuisse, ac si probatum sit, eos
adulterium commisisse. Idem confir-

H

mat Damohuderi. *in enchirid. par. vel simil. in versic. adulterium*, fol. 425. Bos. quoque *in titul. de coit. damnat. & punib. num. 58. Soc. Iun. consil. 34. num. 5. lib. 2. Ioan. Bap. Feret. consil. 168. numer. 3. lib. 1.*

* qui communiter, * teneri ait, ut ex luxurioso osculo inter suspectos probeatur adulterium, & hoc ipsum confirmat M. Mant. *in dialo. Clas. 13. cap. 29. numer. 1. fol. 370. Boss. in tit. de rap. muli. nu. 13.*

Quæ autem sint præludia, ultra alios ponit Ang. de Cambil. de Aret *in tract. de testi. glo. 46. nu. 3, 4. fol. 42. in 2. vol. tracta. Bal. in c. tue, de procur. versic. quid si absque carnali copula.* ubi ait, quod quemadmodum mulier perdit dotem propter adulterium. *d. cap. plerunq. de donat. int. vir. & vxor.* Ita & propter luxuriosum osculum, contrectationemue māmillarum, & alle. text. *in cap. 1. §. 1. quib. mod. feu. amit.* De qua relate scribit Deci. *in Rub. de eden. num. 2.* Et hæc sufficere aiūt doct. præludia ad hoc crimen probandum, Iac. de Bellouif. *in practi. crim. rub. de adult. nume. 45. fol. 17. Gozadi. consil. 13. numer. 35. Colligitque coniecturas glos. in d. l. quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adulte. in versic.*

in ipsis, solum sufficere deprehensionem sine probatione coitus, tenuit Abb. in c. si. num. 2. de adult. vide D. Hieronymum Nepotiano scribentem, de vita clerici. pagel. 17. num. 5. tom. 1. Ne solus (inquit) cum sola secreto, & absque arbitro, vel teste sedeas. Videntur enim in Clerico leniores sufficere coniecturæ, quam in laico, vnde tenuerunt quidam, contra Clericum sufficere dictū vnius mulieris delicti complicitis, si accedat compositio aliqua Clerici super ipso delicto, quod perstringit Castren. d. consi. 117. in antiq. Veteri autem lege aliter adulterium probari solebat, vt Num. ca. 2. vbi enim vir vxorem deprehendere in adulterio non poterat, nec testibus conuincere, adducebat ad sacerdotem, offerebatque oblationē suam, multisq; exinde emissis execrationibus, poculum veneno mistū vxori p̄bebat, q̄ si adulteriū cōmiserat pertransibant maledictionis aquæ inflatoq; v̄tre, cōputrescebat femur eius, eratq; talis mulier in maledictionē, & in exēplū vniuerso populo: sin autem insons erat, manebat innoxia, liberos

procreabat, nec ex maledictionis a-
 quis vllum, vel nimium sentiebat de-
 trimentum. Quem sacræ paginæ locū
 interpretatus Philo Iudæ. *in li. de speciali
 legi. pag. 493.* perhibet, quod ex lege Di-
 uina Iudæi deprehensis, conuictisque
 de adulterio, præsentē infligebant pœ-
 nam. Suspectis autē cōmittebant na-
 turæ, & non hominū iudicio, cum ma-
 nifesta cognoscat homo, Deus occul-
 ta, qui animos introspicit. Ponit autē,
 & ipse ritum apud Iudæos seruatū: siq-
 dem suspectā ducebant ad aras, sacer-
 dotisq; imprecatoris, & poculi ordeæ
 ceæ pultis traditione futuro ex euētu
 coniiciebant culpam, vel innocētiam.
 Si. n. mulier calumniam passa erat, cō-
 ceptum, partūq; sperabat, nihil omni-
 no de sterilitate sollicita: si culpa non
 carebat, ventris inflationē non euade-
 bat, tumorēq; & cruciabile vuluę vitiū,
 q̄ purā viro suo seruare contemserat.
 In hac ē parte notandū est, q̄ si accu-
 santi viro vxorē de adulterio p̄batio-
 nes deerāt, ad pugnā aliquando deue-
 tū est, eoq; congressu diremta contro-
 uersia, teste Alciat. *in Libel. de singul. cer-
 tam*

tam, capit. quarto, versic. si enim maritus adulteram, column. 849. Alioquin vir causatus vxorem, & non probans quod intendit, talionis pœna punitur, §. quia vero plurimas, in auth. vt lice. mat. & aui. vnum etiam adhuc non omiserim, quod accusator † volens mulierem de 6 adulterio conuincere, tenetur ante omnia probare matrimoniū, cū sine illo adulterium committi nequeat, ex vulgata reg. quod nō entium nulle sunt qualitates, l. eius, qui §. quod stipulatus ff. si certū petatur, l. si seruum, §. primo, ff. de act. emti. Aristo. in principio Physicorum, & lib. primo de generat. & corrup. capit. 2. Boer. in quinto Physicor. Et nuncupatim, quod ad conuincendum adulterium sit necessaria matrimonii probatio, dicunt multi ex Doct. sup. relatis, & præsertim Foll. in ciuil. practic. par. 6. princip. numer. 2. fol. 411. & ante eum Bart. in l. sed hoc ff. ad l. Iul. maiest. Bald. in authen. si dicatur, in fi. C. de testib. & in l. ita demum, C. de procurat. Alexand. in d. l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adult. qui dicunt ad hanc probationem faciendam opus esse, vt inducantur testes integri, & omni exce-

ptione maiores, quamquam ad adulterium probandum etiam infames testes non repelluntur, *Alexand. in l. in questionibus, ff. ad l. Iul. maiest.* maior est enim fauor matrimonii, quam odium adulterii, nec adulterii causa idcirco matrimonialis appellatur, aut summaria, *secundum glos. & Cardin. in Clemen. secunda, questione 25. de iudic.* Matrimonium itaque plene probari debet, *iuxta glos. in l. prima, §. si ea, ff. de vent. in posses. mitten.* Quomodo autem exacta matrimonii probatio fieri possit ac debeat, docet *Bar. in l. si uxori, §. 2. ff. ad l. Iul. de adulter.* *Angel. in §. consideremus, in authen. de trien. & semis. & in §. illud quoque, in authen. quib. mod. natu. efficiant. leg.*

S V M M A R I A.

- ¶ *Sententia lata contra adulterum non nocet, nec infamat adulteram.*
Adulterio plene non probato, potest accusatus diffinitive absolui: contra, diffinitive condemnari eodem plene probato.
- ¶ *Quid si criminosi confessione probatio*
fit

sit facta.

4 *Pœna plures animadversionesque adul-
teris indicta a iuribus permissaq; serio-
tim enumerantur.*

Caput XVI.

HIS cognitis, videndum est de sen-
tentiâ, quæque pœnæ adulteros
maneant. Magnus profecto erit labor,
si pœnas omnes in vnum colligere ve-
limus, quas sparsim, tum Canones, tum
leges adulteris præscribere, quasque
Doct. passim vndique aut expressere,
aut collegere. Nos vero eas tantû sub-
iiciemus, quas tenuitas memoriæ no-
stræ suggererit. Sed illud primu in sci-
re oportet, quod sententiâ † lata con-
tra adulterum nō nocet, nec infamat
adulteram, *iste est text. in l. & si crimine, C.
ad l. Iul. de adul. & latius alio loco supra
deduximus. Fauetque ea conclusio,
quod statutum de adultero nō militat
in adultera. Bald. consi. l. 6. col. 2. lib. 5. Bolo-
gnet. consi. 9. nu. 85. Illa quoq; fauet regu-
la, quod stricti iuris sententiâ est, stricte-
que accipienda, maxime si sit conde-*

natoria, quia lata contra vnum alteri non obest. *Bar. in authen. hoc ita si debitor, col. 16. versi. 4. quero, C. de duob. rei. l. si. C. de fideiuss. l. loci corpus, §. si fundus, & in l. si de communi, C. si serui. vendic.* quibus locis probatur, latam in vnum sententiam alteri non obesse in ciuilibus, & multo minus in criminalibus, quia stricte accipienda est. Multa conglobat *Corn. consi. 345. num. 11. consi. 293. num. 21. lib. 3. cōf. 217. num. 7. lib. 2. Socin. consi. 132. colum. 2. li. 1. consi. 18. colum. 2. nume. 7. consi. 50. colum. 3. num. 2. lib. 3. Alexand. consi. 164. num. 2. lib. 7. Doct. in l. pe. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Ias. in l. is, qui pro emtore, num. 322. ff. de usucap. in l. miles, §. 1. num. 4. ff. de re iudic. Alex. consi. 84. num. 2. lib. 2. consi. 174. num. 3. consi. 108. num. 2. eod. lib. 2. D. Tib. consi. 44. num. 1. lib. 4. consi. 90. num. 3. lib. 5. Ceph. cons. 317. nu. 18. 19. consil. 377. num. 68. consi. 374. nume. 28. li. 3. & alibi saepe. Quinetiam, vbi non fuisset adulterium plene probatum, posse accusatum diffinitive absolui, respondit *Bald. in consi. 6. num. 5. lib. 5.* quod si probatum sit diffinitive, cōdemnari posse eadē ratione suadetur. Quid autem si criminosi cōfessione probatio*

tio

tio facta sit. Dic quod probatio maior dari non potest per iura vulgar. Verum est tamen, quod confessio nonnunquam ipsi etiam non nocet confitenti. puta quando confitens genitalibus careat, quia eo casu confessio illi non nocet, ita in individuo dixit Spe. in titu. de confess. § sequitur videre, versic. 12 non valet. Idem si adulteri adulterium fateantur, sed ante illud inuicem matrimonium contraxissent, adulterii pœnam euaderent, ad responsum Bal. in titulo de pact. iur. fir. glos. & Doct. in l. si C. de fideiuss. Foller. in pract. ciui. parte. 1. par. 3. nu. 80. Rursus si minor 25. annis fateatur adulterium, postea vero velit in integrum restitui, & reaudiri, utique restituenda erit, & audienda, Bal. consp. 301. num. 1. lib. Age vero, si quæras, quæ pœna pro adulterio sit infligenda, respō-⁴ debo in hoc maxime laborandum esse, quia plures, & a iure Cæsareo, & a iure Pontificio, & a iure municipali passim adulteris pœnas indictas esse, & inter ceteras has, quas seriatim enumerabimus, & generaliter quomodo adulterium puniatur de iure Canonico, vide

tex. in c. si quis suadentes de pœn. ca. Christiana, 32. q. 6. & alibi. de iure Cæs. integri existant tit. ff. & C. de adul.

Prima autem pœna est indignationis Diuinæ, quia adulteri regnum Dei non possidebunt, teste Apostol. Corinth. 6.

Secunda pœna maledictionis est, ut Deut. c. 3.

Tertia pœna est, quod post trinam admonitionem, adulteri resipiscentes excommunicantur. Et ita cautum est sacrosancto Con. Trid. sess. 24. c. 15. præter alias pœnas ordinarii arbitrio relaxatas, ut ibi. Scribit quoq; Abb. in c. significasti, n. 2. de eo, qui dux. in vx. quã polluit. per adul. quod ita efflagitate vxore, adulter medio excommunicationis compelli potest, ut ad suam vxorem redeat, & idem Ab. in c. cum haberet, n. 2. eo. ti. dicit, quod adulter ipse compelli etiam potest ad abiurandum adulteram, & ad suam redeundum coniugem.

Quarta pœna est, ut etiam inuitus adulter ab ecclesia, ad quam forsitan confugisset, auelli possit, quanquam regulariter confugientes ad ecclesias
tuti

tuti sint in tātum, vt inde extrahi nullo modo possint sub pœna criminis læsæ maiestatis, l. 2. C. de his, qui ad eccle. confugi. cap. inter alia, de immun. eccles. cum alijs concor. congestis a D. Tib. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 25. numer. 1. tomo. 2. Hisce enim delinquentibus minime parcendum est, ne tales tuetur ecclesia, qui matrimonii violarunt sacramentum, l. auxilium. ff. de mino. cap. ex eod. cum ibi no. a Dyn. de reg. iur. in 6. Et hanc pœnam confirmat Ioan. Mil. in practic. crimin. §. visis, nume. 14. fol. 39. & de hoc est text. quamuis Mil. eum non alle. in §. neque autem homicidis, in auth. de manda. princip. quem tamen citat D. Tib. in d. eius locupletissimo tractat. crimin. libro sexto, capit. 28. numero 22. tomo secundo, quamquam asserit tempestate nostra text. 3 in d. §. neque autem homicidis, de consuetudine non obseruari, quod ad adulteria cōniueri magis, quam ea coerceri soleant, & derideri facilius quam castigari. Illud tamen scire non est inutile, quod si quis adulterium committat in casu permisso a iure Cæsareo, vetito tamen iure Pontificio,

tutus hic erit in terris Imperii, sed non item in terris ecclesiæ, *ita Fel. in ca. ecclesia, S. Maria, col. 17. versi. limita secundo dictam regulam de constit.*

Quinta pœna est, quod si adulter a marito adulteræque instituatur heres, tanquã indignus repellatur, & fiscus ab eo tanquam ab indigno auferens, succedet. Ita dixit Guil. de Lugd. *sing. so nu. 1. Bar. & Bal. in l. fideicommissum. C. de fideic. Bar. in leg. 1. ff. de his, quib. ut indi. glo. Bar. & Bal. in l. sororem, C. eo. qui loquuntur in eo, qui post testatoris mortem stuprauit eius vxorem, per quod stuprum indignus redditur legato. Solus Bar. in d. l. fideicommissum post glo. complectitur et illum qui ante testatoris mortem, testatoreque ignorãte scelus admisit: cũ legaturus quicquam non fuisset, si adulterii scientiam habuisset, ut credere par est. Legare autem adulteræ non prohibetur, si modo non sit miles, aut clericus, quia illi prohibentur, *l. miles ita §. mulier, ubi glo. ff. de mil. testam. Bar. in l. mulierem, ff. de his quibus, ut indi. & l. uxori, ubi glos. & Cyn. & ita iudicauit Capell. Thol. decis. 141. que etiam alle. l. affectionis, ff. de don.**

de don. & vide addi. ad d. decis. Capel. Tholo.
De seruo autem ita constitutum est,
vt si dominam adulterio comprimat,
& ab ea instituat, non modo corru-
at institutio, sed & ipse seruus igne
concremetur. Ita Specu. *in titu. de instr.*
edi. §. compendio. vers. secundo oppo. Capr. cōs.
139 num. 2.

Sexta pœna est, vt adulteri ius per-
dant quoad mutuam debitamq; ser-
uitutem, ita Abb. *in cap. 1. nume. 7. de con-*
uers. coniug. per tex. in c. Agatosa. 27. quæst.
2. & idem Abb. *in c. constitutus, num. 2. eo. ti.*
Ioan. Neuiz. in Sylu. nupt. §. conclusio supra-
scriptorum est, nume. 158. nume. 7. volum.
tracta.

Octaua pœna est, quod etiam si inter
adulteros postea sequatur matrimo-
nium, non tamen idcirco exstingua-
tur crimen, sed perduret adulterium
ipsum. Paul. Gril. *ti. de pœn. omnif. coit. vers.*
sed quæro, quod si aliqua mulier, nume. 13. fol.
81. *per d. l. commissum, post disputationem ad*
partes. Ita etiam tenet Iacob. de Bellouis. *in*
pract. rub. de Lenon. num. 28 fol 16. per text.
in c. omnes accusationes, 22. quæst. 7. & meli-
us idem Belui. ibid. num. 32. versi. 26. per tex.

in d. l. commissum, C. ad l. Iul. de adulte. Qua ex lege colligit ipse, quod damnatus ad mortem non est meretrici, aut alteri cuius mulieri tradendus, si petatur, ut in l. ad bestias. ff. de pœn. iuncta l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alie. in.

Nona pœna est, quod etiam si maritus adulteræ parcat coniugi, illiq; reconcilietur, nihilo tamen minus adultera puniri debet, ea ratione, quod adulteriû est ex iis casibus, in quibus, nullo etiam accusante, ex inquisitione proceditur, & ad sententiã perueniri potest. Ita tenuit Gram. *deci. 321. n. 4.* Et quia semel adultera semper præsumitur adultera. *Ang. Aret. in §. si. in aut. de restit. & ea, quæ parit. col. 4.* sicut & quæ in viduitate adulterium commisit, viuo etiam marito adultera fuisse creditur. *Alc. in tract. de presumt. presumt. 26. nu. 10. col. 702. in 4. tom.*

Decima pœna est, quod maritus adulteram vxorẽ propria auctoritate domo pellere pōt. Commune * dogma pronuntiat Clar. *in §. adulterium, versic. alia quoq; ex Barba. in apostil. ad Abb. inca. si sub nu. 6. de adulte. eo nempe casu, quo*
no-

notorium est hoc crimen, quia tunc nulla opus est sententia, aut Episcopi declaratione, vt ipse firmat eo loci. Sed domo eiicit vir sæpe vxorem, etiam innocentem, vt in adulteram, vel concubinam suam maiorem ostendat affectionem, vt considerat Ceph. *conf.* 390. *nu.* 68. *lib.* 3. ideo caueat iudex ne in occurrenti casu decipiatur.

Vndecima pœna est, cum adultera in exiliũ acta est adulterii causa, quia impune offendi, occidique poterit. receptamq; * frequenti Doct. calculo hanc * sententiã esse attestatur Soarez. *in thesau. recep. sent. in ver. adulterium, nu.* 83.

Duodecima pœna est, quod si Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehensus sit, nullo modo reparari valeat, *tex. est in c. si quis Diaconus 50. dist.* Non enim simpliciter suspenditur ob adulterium, sed deponitur, & est cõmuniter * recepta sententiã, vt attestatur Pau. * Gril. *in ti. de pœn. omnifa. coit. ver. in secundo quero, f.* 150. *in 3. vol tract. post. nu.* 3. licet dicat veriore sibi videri contrariam opinionem, vt pro simplici adulterio suspendatur tantum.

Decimatertia pœna est, vt clericus adulterii conuictus in monasterium detrudatur, toto vitæ eius cursu pœnitentiam acturus, *per text. in c. si quis clericus, cum. cap. sequen. si. distin.* Sed non videtur quandoq; sufficiens pœna. Vnde permittit nonnunquam Deus, vt trucidentur adulteri clerici, & obtruncantur, vt contigisse tempore suo in Hispania testis est Diaz. *in practi. crim. Cano. c. 79. nu. 8.*

Decimaquarta pœna est, quod quamuis priuatum committens carcerem grauiter puniatur, vt per Bar. *in l. cap. 5. ff. de adul. Dec. consi. 100. colum. 3.* & alios alibi, nihilominus si maritus, aut nolit aliqua ratione motus, aut non possit occidere adulterum: poterit tamen clausis ostiis & fenestris illum per viginti horarum spatium, veluti carceri conclusum retinere, probat hoc text. *in d. l. capit. 5. in princ. ff. ad leg. lul. & tradit Iaco. de Bellouis. in pract. titu. de Lenocin. versi quarto decimo numer. 25. fol. 16. Boer. decisi. 275. nu. 4. parte secunda.*

Decimaquinta pœna est, vt licet iniuste damnatus quis sit de adulterio, bonisq;

nisque omnibus exutus, puta quia postea constiterit, mulierem fuisse innuptam, quæ prius maritata credebatur: tamen bona non recuperabit. Ita Abb. *in c. suborta, in fin. de re iud.* Et idem dicitur de adultera, in quam tanquam adulteram sit lata sententia, qua dote priuata sit, non utique dotem recuperabit, licet postea nullum declaretur matrimonium ob aliquod legitimum impedimentum. Ita communiter * teneri a Doct. ait Clar. *in §. adulteriū, ver. sed quid.* Nunc autem quid dicemus de illa, quæ subigi se passa est: postea constitit illam non fuisse uxorem, nec matrimonium valuisse, nunquid propter intentionem cum opere subsequuto, dicenda saltem erit adultera? Et adulteram dici quidem tenuit Abb. *in capi. plerunque, in gl. 1. de don. int. vir. & vxor.* Et cum ibi videre poteris.

Decimasexta pœna est, quod quãuis iure cautum sit, ne quis torqueatur, nisi legitima præcedant probata indicia: tamen in adulteris cito ad torturã deuenitur, etiam quod non admodũ exacte appareant probationes neces-

sariæ. Et est ratio, quia clam committitur adulterium, & non nisi difficulter probari potest. Ita Bal. in l. 3. C. de app. aud. Alex. consil. 77. volum. 10. vers. tanto magis libro 1.

Decima septima pœna est, quod inter adulteros matrimonium contrahi nō potest: de qua re exstat Martialis Epigramma tale.

*Quid nubis Proculina concubino
Et mæchum modo nunc facis maritum
Ne lex Iulia te notare possit
Non nubis Proculina, sed futiris.*

Hoc epigramma exponit Alexand. ab Alex. Genial. dier. libr. 4. ca. 1. vbi multa ex antiquis historiis excerpta exempla recenset in adulterii materia. Illud autem constat, quod etiam per illicitum coitum affinitas contrahitur, illaque prohibet matrimonio copulari eiusmodi affines. text. est in leg. liberi, Codic. de nupt.

Decima octava pœna est, quod etiam adultera mortua serui intra duorum mensium emensum spatium manumitti non possunt, quia durat adhuc adulterii quæstio propter dotem, text. est

est in leg. final. Cod. ad leg. Iul. de adult.

Decima nona pœna est, quod in hoc crimine punitur affectus, licet non sequatur effectus, quod est contra iuris regulas, & hoc probat text. cum ibi no. in l. si quis nõ dicam rapere, C. de sac. san. eccl. gl. sing. Insti. vi bon rap post princi. text. quoq. vbi no gl. in l. si q̄s ex domo, ff. de furt. Et ibi etiam aduertit Bart. no in l. is qui cum telo. C. de sicar. Marsil. in l. si. nu. 244. C. de rap. vir. Bart. in l. si. ff. de extraor. crimi. Sed quærit Bal. in cons. 356. libr. 1. an si statutum dicat, quod qui nititur cõmittere adulterium, securi veniat ferendus. Quidam mulierem a se captam proiecit ad terram animo adulterandi, sed quia illa restitit, clamauit, & fugiens homo ille peruenit ad manus ministrorum iustitiæ, carcerique est m̄cipatus, num hic capite obtruncari debeat? Disputat Bal. ad partes, tandemque concludit, non esse hunc capite plectendum, per iura, & rationes quas alleg. Imo sæpe id ipsum tenuit, vt etiã in consi. 30. & consi. 33. lib. 4. cons. 16. n. 1. lib. 3. non extendi ad attentatum adulteriũ statutum ipsum respondit, quo cautũ

est, ne de adulterio cognosci possit: quæ si in vero adulterio procedi non potest, multo minus in attestato, nec plus fictio ex attestato insurgens operari potest, quam ipsa veritas: *per iura vulg.*

Vigesima pœna est, quod seruus adulterii accusatus, a domina sua institui, libertateq. donari non potest. *text. est in leg. verbis, §. interdum. Digest. de hered. instit.*

Vigesima prima pœna est, quod serui, quia in causa adulterii torquendi veniunt, vendi infra sexaginta dies nequeunt, aut distrahi aliquo pacto, vel manumitti: Cauet tamen accusator de emendatione damni in casu absolutionis: & hic est casus *l. 3. C. ad l. lul. de adult.*

Vigesima secunda pœna est. Quod si adulter, cuius causa vxor religionem ingressa est, aliam ducere vxorem velit, non poterit. *Anch. in c. cum sis predictus. n. 3. de conuersi. coniug.* videtur tenere, quod non: quia prima viua aliam non licet ducere, nec sufficere ciuilẽ mortem per ingressum religionis ostendit: sed naturalem mortem expectandam.

dam. Eritque hæc *vigesima tertia* pœna: quamquam non est absque contro- uersia, quam late tractatam vidi a Ioã. Neuiz. in *Sylu. nupti. §. conclusio suprascri- ptorum est. numer. 107. 119. 123. 140. 144. in 7. vol. tract.*

Vigesima tertia pœna est. Quia cum lenocinium, & adulterium sint con- nexa crimina, vt multis probat Boer. *consi. 7. nu. 2. & Menoch. de arb. iud. sent. cas. 95. nume. 1. fol. 147.* hinc fit, vt si maritus post adulterium vxoris cum ea coeat, ordinari non possit, *Diaz. in pract. crim. cano. c. 16. nu. 9.*

Vigesima quarta pœna est, quod etiam in putatiuo matrimonio nedum in ve- ro, adulterii pœnæ sibi vendicant lo- cum, ita responsum exstat a Crauet. *in cons. 205. nu. 36. libr. 2. Castr. consi. 119. quic- quid contradixerit gl. in l. consensu. C. de repud.*

Vigesima quinta pœna est, quod si pa- trato a muliere adulterio, vir secum pactus sit sub certa conuenta pœna illam non offendere, quamuis aliis subdatur paruis, certe pactam, conuē- tamque non pendet; ita Soarez in

thesau. recepta sent. in ver. adulterium, n. 92.

Vigesima sexta pœna est, quod si adulter pœnitentia ductus religionem ingredi velit: neget autem innocens vxor, non poterit innocente vxore inuita hic monachus fieri. Nō enim decens videri debet, vt qui ob adulteriū promeruit pœnam, hanc consequatur immunitatem, vt a coniugali nexu, & iugo eximatur, probat tex. in l. relegatorum, §. finali. ff. de interdict. & releg. nec ex suo delicto comedum, aut actionē quispiam quærere debet, l. itaque fullo, ff. de fur. c. ex pract. de consue. Hoc amplius, si iam lata diuortii sentētia confirmatoria sit, adhuc innocente reluctantante religionem intrare adulter prohibetur. Et est ratio, quia innocens, si vellet, posset inuitum sibi recōciliare adulterum, c. non erit, & c. quod autem 32. q. 1. manifesta, in a. h. vt nul. iudi. ita Goffred. in sua sum. ti. de conuer. coniu. n. 8. fol. 304. Cōtra vero innocens potest inuito adultero religionem ad libitum profiteri. Nat. cons. 116. n. 1. li. 1. & in 9. vol. tract. f. 179. n. 11. 12. 13. 10. Brun. in tract. de spons. & matr. in 7. & 8. declarat. Ioan. Neui. in Sylu. nup. §. conclusio superscriptorum est, n. 156 fol. 30. in

7. vol. tract.

Vigesima septima pœna est, quod si adultera sit in facultatibus, resarcire tenentur heredes, in quo damnati remanent ex adulterio, *Cova. in reg. peccatum, par. 1. vers. 2. illud fol. 31. Sum. Syl. in vers. adulterium, ver. utrum adulter, n. 5.* Reuelare enim tenetur filio nato ex adulterio, ut bonis abstineat, ut per ipsum *Covar. in d. reg. peccatum, par. 1. ver. 3. adultera fol. 30.* Euenit aliquando siquidem, ut adulterio nati ipsos etiam iustos excludant filios, ut considerat in 7. vol. tract. nu. 49. fol. 22. 10. *Neuiz. in Sylu. nupt. §. conclusio suprascriptorum est.* Ideo nimirum si in exonerationem conscientia, tenetur adultera mater reuelare. Ita etiam dixit *Ang. de Clauas. in sum. in verb. adulteriũ, nu. 4. ver. utrum mulier adultera, vbi tenet cum Abb. in c. officii, de pœn. & rem. quod si non immineat periculum, sibi credendum sit, reuelare tenebitur: q̄ si nec pbare possit, nec sibi credatur, reuelare non tenetur, quia scandalum induceret sine effectu, & utilitate. Quod si sibi, aut alteri periculum imminerat, non tenebitur reuelare, cum in*

reuelando immineat animarum periculum, & in non reuelando solum periculum rerum, & inter duo mala minimum sit eligendum. *c. nerui. 14.* Ideo satisfaciat illa tali casu, quātum potest damnificatis, & doleat non posse plenius satisfacere, cuius defectu tenetur adulter satisfacere, si probabiliter credit suum esse filiū, nec immineat scandali periculum. Cum Ang. Clauas. cōuenit etiam Sylu. *in sum. eod. versic. primo vero dubitatur*, vbi latius multa in hoc profundit, apud eum videnda. Idemq; tenet sum. Pisā. licet remissius, & sic ē Fuma. *in aur. Armil. n. 9.* An autem filius asserenti matri, se ex adulterio natum, credere teneatur, cum & alioqui asserenti se adulterio compressam nō credatur. vt per Gram. *cons. 45. nume. 1. & 10. Newiz. in Sylu. nupt. n. 50. in 7. volum. tract.* Estque lex Veneta anni 1520. Iunii: tenentque communiter * Docto. filium, qui est in possessione filiationis, matri credere non teneri, imo nec vtrique parenti quidem, si asserant non esse eorum filium. Vnde derident illum Doctor. qui ex matris nuda assertione

renun-

renuntiauit regno. Ita Doc. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. in l. vicinis, C. de nup. Abb. in c. per tuas, de probat. cano. in C. transmissa, in fi. qui fil. sint legi. Doct. in l. 1. §. 2. ff. de Carbo. edict. in l. si posthumus, D. de lib. & posthum. Ang. de Clauas. ubi supra nu. 5. vers. utrum filius, qui est in possessione. & Sylu. numer. 52. vers. secundo utrum filius. Quo etiam loco, nempe Ang. numero 6. ver. utrum autem dictus filius, & Sylu. nu. 3. vers. ut cum autē, tenent post completā præscriptionem non teneri hunc filiū sibi facere conscientiam de successione in bonis. Tandē idem præall. Doct. tenent, posse adulteram adulterinos sibi instituere filios. Ange. nu. 9. remissive, & Sylu. nu. 14. Fuma nu. 11. Pisa. in pen. quest. Quinetiam & hoc addiderim q̄ si mulier modo cum marito dormiat, & modo cubet cum alio, adhuc filius in domo natus legitimus præsumetur. l. nullus, §. mulierum, ff. ad l. Iul. de adult. Ioa. Bap. Ponta. Rom. in tract. de alim. c. 3. n. 8. Bal. consi. 437. n. 3 lib. 5.

Vigesima octava pœna est, quod mulier ipsa adultera peccatum adulterii, quod commisit, reuelare tenetur: ma-

xime quando filium ex adulterio peperit: si tamen sine mortis periculo, vel infamiae id facere possit, & ita effatus est idem Couarr. *in loco dudū citato, vers. Tertium constat fo. 33. alias fecus, vt per eundem Couar. versi. quartum. numer. 33. & versi. secundo fere fol. 10. par. 1.*

Vigesima nona pœna est, quod si commissum sit adulterium in seculo a professo, etiam Monasterio obstabit, si mulier contra ipsum de adulterio replicauerit. Ita Anch. in cap. veniens num. 6. de conuer. coniuga.

Trigesima pœna est, quod adulterini filii; quos Manzeres sacra appellat pagina, Deuter. cap. 23. nec alendi, nec filii quidem sunt nominandi. text. est. notissimus in auth. ex complexu. C. de incest. nup. Et an parentibus succedant, & e contra, videto Doct. ibi, Capr. cons. 108. num. 23. & alibi Doct. quam sæpissime.

Trigesima prima pœna est, quod adulteram vxorem maritus alere non tenetur, ita post alios Ant. Cord. de Lara in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. nume. 25, ff. de lib. & posth. Sic & e regione ad alterum maritum vxor ex dote sua alere
mini.

minime tenetur, etiam si is summa labore inopia: quod tamen intellige eo casu procedere, quo per sententiam thori separatio facta est. Et est ratio, quia cum vir peccauerit in legem coniugii, indignus est, qui ex coniugio, aut lucrum, aut commodum sentiat. Et idem tenet Ant. Cord. præall. *in d. §. si quis ex his num. 80.* Hoc amplius, si vxor adulterii rea diuertat a viro, sumtusque faciat in se alenda, a marito tales non repetet sumtus, *ibi. n. 76.* Contra vero adulter non potest innocenti coniugi subtrahere necessaria: ex Anch. *in cap. transmissa. numero secundo, de eo, qui cogn. consan. vxor. sue.* At Clar. *in §. adulterium. versicul. facta autem communiter,** teneri ait, quod separato thoro ob vxoris adulterium, tenebitur vir nihilominus eam alere, ea ratione, quod licet sit adultera, non tamen definit esse vxor. Quinetiam si vir fornicetur post vxoris adulterium, iure etiam actionis illam tenebitur reducere, nedum officio iudicis. vt firmat idem Clar. *in ibi,*

ex Felyn. & Couarr. ab eo relatis.

Trigesima secunda pœna est thori separatio. Nam licet scriptū sit, quod quos Deus coniunxit homo non separet. *c. de infidelibus, de consang. & affin. gl. in leg. diuor. ff. de neg. gest. c. ebron. 13. qu. 2. fauetque tex. in §. 1. Instit. de patr. pote. ibi, indiuiduam vitæ consuetudinem continens Alex. in rub. ff. sol. ma. col. 5. Atque alii alibi saepe, nihilominus adulterii crimen in caussa est, cur thorus separetur, text. est in ca. omnes caussationes. 32. q. 7. Bartol. Brixien. antiquus Doct. in suo tract. tit. de condit. appos. q. 1. n. 4. fol. 15. in 12. vol. tract. Ioan. Andr. in tract. de sponsal. & matrim. Tribus tantum casibus matrimoniū dirimi ait ob adulterium. Primus casus est, in cap. 2. de eo, qui dux. in vxor. quam pol. per adult. Nempe cum priore legitima viuente coniuge, a luter dat fidem adulteræ de ea ducenda defuncta vxore. Secundus casus est cum de facto cōtrahit quis matrimonium cum adultera, prima viuente legitima coniuge, quia omni semoto dubio adulterium committit vir, matrimonium contrahendo cum secunda viuente prima, etiam de adulterio*

terio

terio damnata. *Capr. consilio 116. nume. 3.*
 Ita tamen, vt si de facto cum adultera
 contraxit, ea ignorante, mortua pri-
 ma, compellatur adhærere secundæ, si
 ipsa velit, imposita tamen pro delicto
 pœnitentia salutari, *c. 1. cap. veniens de eo,*
qui dux. in vxo. quam pollu. per adult. ca. cum
apud, de sponsal. Tertius casus est, quando
 adulterum alter, vel etiam vterq; ma-
 chinati sunt in defuncti, defunctæue
 necē. Et de his tribus casib. habemus
 plures *tex. 31. q. prima tota.* etiam si prior
 vxor a marito adultero prius separata
 fuisset quoad thorum tantum, *c. ex tua*
eod. tit. Quinetiam dici posset hoc ter-
 tio vltimoque casu, quod machinatio
 homicidii cum effectu non sufficiant,
 & ita tenet Ioan. Andr. *in loco dudum ci-*
tato. post numerum decimum. versicu crimen
incestus, fol. 149. in 9. volum. tract. per tex. in
c. primo. in fi. de conuersi. infideli. & in ca. 1. de
diuor. & no. Ber. in c. super eo, de eo. qui dux.
in vxo. quam pol. per adult. At de thori li-
 cita separatione propter adulterium
 scribit *Surd. in tract. de alim. tit. 7. ques. 16.*
num. 23. & quest. 17. num. 19. Dicitq; *Abb.*
in cap. gardemus, numer. 2. de conuer. con-
ing.

iug. quod adulterium separat quidem
 matrimoniū quo ad thorum, sed non
 quo ad matrimonii nexum. Et clarius
 idem Abb. *in d. c. significasti. nu. 5. de diuor.*
 dicit, quod nō separatur matrimoniū,
 sed priuatur adulter eius executione.
 Ad quod nos sup. adduximus Conci.
 Trid. cui standum est. Et quod crimen
 hoc efficiat, ut agi possit ad separationē
 * thori, communē * opin. esse pronūtiat
 Clar. *d. §. adulteriū, vers. alia quoq; ex Berm.*
in tract. de con. u. post num. 32. f. 35. qui qui-
 dem Cla. eo loci asserit, quod vbi adul-
 terium esset notorium, posset maritus
 absq; iudice, propria auctoritate adul-
 teram vxorem domo pellere, quod ē
 * supra nos affirmauimus alio loco, & est
 communis * opinio attestante Claro,
ubi sup. & Barb. in Apostil. ad Abb. in c. fi.
sub num. 6. de adult. Nec omiserim hoc
 loco Iouii percelebris historici testi-
 monium. *lib. 15. fol 390. tom. 1. de Æthio-*
pum more in hæc vique nostra tempo-
ra vigente, his verbis: Adulteriis detectis
communi iure connubia dirimunt Seuani Æ-
thiopes, vbi Præteianus dominatur. Et iure
 Canonum probatur, solam adulterii
 cām

cām licitā reddere matrimonii separationem. *c. 2. in princ. de coniug. leprof. c. si uxorem. 32. q. 5. c. 2. 32. q. 7. dixit dominus 32. q. 1.* Dixit enim Dominus noster. *Luc. c. 10.* quicumq; dimiserit uxorem, nisi ob fornicationē, & aliam duxerit, mechatur. Et notandum est hoc loco, quod adulteriū, & heresis, hoc est, carnalis, & spiritualis fornicatio a pari procedūt, quo ad thori separationem. Et ita docuit Abbas, *in ca. de illo. n. 2. de diuor. quāquam adulterium, stuprum, & similia peccata per se non sapiant hæresin. ut in quarto volum. tract. n. 2. fol. 9. dixit Franc. Squilacen. in tracta. de fi. Catho. c. 12.*

Trigesima tertia adulterii pœna est mortis naturalis, q̄a securi adulter feriendus est. *per tex. in l. quamuis la 2. in fi. C. adl. iul de adul 10. Mil. in pract. crim. nu. 42. f. 8. Bonifa. de Vitell. Rub. de incest. n. 9. 10. Neuiza. in Syl. nup. §. conclusio suprascriptorum est. n. 89. f. 27. in 7. volu. tract. Rol. a Val. consil. 35. n. 2. lib. 2. Grammat. vot. 17. n. 15. Vasqui. de success. creat. § 10. numer. 499. Paul. Gril. de pœn. omnifa. coit. numer. 3. fol. 78. lib. 3. §. sexto declaranda. Bal. consilio 429. num. 1. lib. 5. Alexan. consil. 99. numer. 1. lib. 6. Corne. consil. 114. nume. 1. lib. 1. consil. 19. nume. 1. lib. 4.*

*Franc. Marc. decis. 742. num. 4. parte 2. & decis. 152. numer. 1. & 3. ead. par. 2. Foller. in pract. crim. Canon. in ver. vel flagitium carnis, numero 10. fol. 222. Furna in aur. armil. in ver. adulterium. nume. 34. Alexan. consi. 13. nume. 3. lib. 7. Soar. in thesau. recept. senten. in verb. adulterium. numero 88. vbi communiter * teneri ait a Doct. quod in masculino adulterii poena mortis sit, Cepo cons. 8, num. 8, Marfi. cons. 83. num. 10. cons. 101. num. 1. li. 2. Io. Berbe. in viator. iur. rub. de adul. col. 5. ver. qualiter autem fautores fol. 6. & 7. Sum. Sylua in ver. adulterium. col. 4. nu. 6. Corse. in repe. Abb. in ver. adulterium, ad signum manus, vbi poenas iuris Canonici recenset. Doct. in authen. sed hodie. C. ad l. Iul. de adul. Bar. in l. si adulterium cum incestu. in prin. in 1. opp. & latius col. fin. ff. ad l. Iul. de adul. Spe. in tit. de adult. in prin. Io. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxo. colum. 188. qui distincte admodum ponit, qualiter olim, & qualiter nunc puniatur adulterium. quod etiam praestant Fely. in c. 1. circa prin. de prasc. Abb. cons. 4. col. 1. & 2. Meno. de arbit. iudi. senten. cas. 219. nume. 3. Afflict. in rub. de adult. vt in l. omnes populi. num. 269. ff. de iust. & iur. & in c. si qua illustris.*

stris, nu. 20. C. ad Orficia. Et dicit quidam, quod aut consideramus legem Moy-
sis, & adulterii pœna est mortis, quia
lapidabantur adulteri, quemadmo-
dum nos alio loco probauimus, dum
tractaremus de probatione adulterii
ex sacris literis, & ex Philone Iudæ. 6
probatuq; *Exod. c. 20. Deut. c. 22.* quam-
quam igni punitum adulterium pro-
bat historia Thamar. *Gen. cap. 38.* sed de
lapidatione loquitur tex. *Deut. c. 22 du-
dum citatus:* nempe quod si quis puel-
lam alii pactam, & virginem in oppi-
do compressisset, ambo ad portam ad-
ducti lapidabantur, ne clamaret hæc,
neue videretur ille, q̄ alterius vitiaffet
vxorem. Quod si nulli desponsam
quis corrupisset, puellæ parenti. 50. au-
reos penderet pœnæ nomine, eamque
ducere cogeretur, ita, vt nec repudio
illam a se abdicare posset. Quod si ru-
ri illam compressisset, lapidibus obru-
eretur, quod verisimile esset, quamuis
clamanti puellæ neminem opem fer-
re potuisse. Aut consideramus ciui-
lem legem, & eo etiam iure est pœna
capitis, vt in præalle. l. quamuis la 2. in fi. C.

* *ad l. Iul. de adult. ut Doct. communiter* illam intelligunt. Aut tandem consideramus ius Canonicum, & mitius punitur adulterium, quia poena mortis in mitiorem commutatur; ut dicitur inferius. Quia carnis motus est motus ad naturalem actum, *per no. in leg. 1. ff. de iusti. & iur. Alciat. quoque in l. inter stuprum, num. 2. ff. de verb sign. dicit adulteros vere gladio feriendos, per d. l. quavis, sed nobilioris ordinis homines deportandos, per l. Claudius ff. de his, quibus ut indign. mulieres autem hodie in cœnobium aliquod detrudi. Virginum autem, viduarumque stupratores coercendos corporali poena, ut fustium, flagellorum plumbatorum, verberibus, relegationeque affligendos, & id ipsum confirmat idem Alci. in c. cum non ab homine, sub. nu. 26. de iud. Hac autem in re Clar. in d. §. adulterium, vers. sed quero qua sit poena dicit, quod de iure Pontificio, tam mas. quam foemina laici excommunicantur, ut in cap. intelleximus, de adulte. Foemina autem praeterea in monasterium aliquod detruditur, ut poeniteat, admissumque defleat flagitium cunctis*

cunctis diebus vitæ suæ, vbi maritus illam recipere renuat. *per text. in d. cap. gaudemus, de adulte.* Quod si adulter sacris initiatus sit, hic certe ab officio deponetur, si in hoc prolabatur crimen, & præterea cogetur se condero in aliquod monasterium, nunquam egressurus, sed toto vitæ curriculo pœnitentiam acturus. *per glo. 1. in c. lator. 2. q. 7. & communem* asserunt, Paul. Gril. Diaz. Duen. Conrad. Couarr. Villalob. & Bermon. in locis ab ipso Clar. signatis. vbi sup. quibus adde Ioan. Neuiz. in Silua. nupt. Abb. in d. cap. gaudemus, & in cap. cum sit generale, column. 8. versicu. Item, vbi etiam Butrig. Ioan. Andr. in cap. frustra. de regu. iur. in 6. in mercurial. Et dicunt, quod non fit degradatio actualis, sed depositio, vt in capit. presbyter. 81. distinct. Ioan. Berber. in viato. iur. & Guil. vbi supra §. sexto declaratur, nume. 2. colum. 6. versicu. clericus autem, dicit, quod clericus publice adulterans, potest ab officio suspendi, & crescente contumacia, & ob auditione, deponi, per d. capit. si quis Diaconus 50. distinct. quod si adhuc persistat, & incorrigibilis redda-*

tur, degradabitur, per no. in d. ca. cum non ab homine, fauetque. cap. Maximianus 81. distinctio. & cap. at si clerici de iudic. Ratio autem affertur, quia ex tali pertinacia, inducitur contemptio clauium, & ex ea insurgit heresis suspicio. At si cum spirituali filia adulteretur, deponitur ab officio; exulat annis quindecim, & demum monasterio in perpetuum dedicatur, cap. si quis sacerdos 30. quest. prima. Et hinc dicitur grauius hoc crimen in clerico censer, quam in laico. Grilan. in titu. de poen. omnifa. coit. §. sexto declaratur, nu. 2. Cuius rei causa inductum est etiam, quod percutiens Clericum adulterum, non est sacrilegus, qui alioqui sacrilegii poenam non euaderet. Foll. in pract. crim. in cau. parte secunda, versic. & si est sacrilegus, numero trigesimo nono, in versi. flagitium carnis, num. 12. fo. 222. agit de eo clerico, qui solutam cognoscit coniugatam credens: & D. Tib. in tracta. crim. cap. 23. nu. 14. fol. 56. tom. 2. ponit exacte poenas clerici adulterantis, etiam in foro poenitentiali, & an dicatur sacrilegium committere adulterando. Clericum porro adulterum, qui occidit

occidit, excommunicationem non incurrit, teste Ioan. Neu. in Sylu. nupt. §. conclusio supra scriptorum est, num. 100. f. 28. in 7. volu. tra. At iure ciuili mortis pœnam adultero masculino imminere fatentur omnes, * quos supra retulimus, * & alii etiam alibi multoties inspecto nempe iure, de quo in d. l. quamuis in fi. la secunda, C. ad l. Iul. de adult. Et esse communem * affirmant, Alexand. Cuma. * Augusti. Arimi. ad Arg. de Malefic. Anton. Gom. & Conrad. in locis alleg. a Clar. vbi supra. Imol. in capit. tue, numer. 13. de procur. Roland. a Val. in consilio 74. nume. 8. consil. 35. num. 3. lib. 2. Carer. in pract. crim. fo. 449. nu. 264. in fi. Afflict. super tertia par. constitut. Regni. rubr. 42. in princ. post nu. 7. vbi attestatur pluries se vidisse ita iudicatum, quia adulteri fuerunt vltimo affecti supplicio, & quod sic etiã tenent Doc. omnes. Et ipse Clar. in practitato loco, plures aduocates iudicatas in patria sua. Nos vero in principio huius quæstionis multos idem tenentes citauimus, vnde repetita allegatio non posset nisi superuacanea, & tædiosa videri: quia secundum ius Digestorum ma-

gna fuit inter Docto. pugna; aliis eo etiam iure mortis pœnam impositam aientibus, aliis negantibus, dicentibusque solam deportationis pœnam indictam esse; quorum etiam opinio * communis * existit, si credimus iis, quæ scribit Cuma. in consilio 154. post n. 7 Marfil. in pract. crim. §. oportuere, nu. 40. & Couar. super 4. decretal. titul. de sponsal. fol. 144 post nume. 16. Hæc quoad adulteros masculos ita procedunt: in fœminis autem aliud constitutum est, quia propter fragilitatem sexus, mitius cum illis agitur, etiam de iure civili, ut s. in monasterium detrudantur, & sic erit hæc

Trigesima quarta pœna, per text. in authent. sed hodie, ibi, signari mulieres, C. ad legem Iuliam de adult. Sanctus de Areti. consilio 50. nume. 13. 20. in 1. volum. consil. crim. diu. doct. qui dicit adulteram hanc vapulare debere, & postea cœnobio cōdi. Supplet autem Roland. a Vall. consil. 35. numer. 3. libro 2. vbi respondit, non esse quidem tempestate nostra pœna mortis afficiendam mulierem ob adulterium, sed detrusionis in monasterium

sterium, ita videlicet, ut si sit illa in facultatibus, duæ partes sint filiorum, & tertia monasterii, quod si nulli supersint illi filii, aut parentes, vniuersæ ipsi Monasterio addicantur. *per text. in præalle. auth. sed hodie, C. ad l. Iul. de adulte. & confirmat Anchar. in d. cap. gaudeamus, nume. 2. de conuersi. coniuga. Roman. singul. 674. nume. 1.* qui includendam adulteram monasterio dicit, ut lacrymis lauet peccatum, quod esse pudoris infit. & ibi quatuor esse adulterii pœnas ostendit, & pro omnibus ecclesiasticum iudicem adiri posse defendit. *Corn. quoque consil. 290. nume 8 lib. 3.* immutatam esse veterem adulterii pœnam probat, *Clar. in d. §. adulterium, versicul. sed quero qua sit pœna,* & fere omnes, quos supra citauimus. Ratio autem est in promptu, cur hæc constituta sit differentia inter mares, & fœminas. Ea est autem, quod masculus nullum relinquit, ut aiunt, immotum lapidem, mittendo lenas, offerendo munera, cunctasque tenendo vias, ut conjugatam capiat, & ad sua desideria trahat, vsque quo voti compos fiat, vn-

de nimirum si mulier sexus fragilitate lapsa, muneribus victa, promissionibus exagitata, etiam alioqui pudica, incorruptæque pudicitiae, & voluntatis in paratos laqueos, vel incauta se nonnunquam trahi patiatur: quemadmodum dicimus etiam de virgine, *ut in l. 1. C. de rap. virgi. traditque Afflict. post Isern. in constit. Regni. constitutione, legum asperitate, num. 3. relatus a Rol. a Val. d. consi. 33. nu. 3. lib. 2.* Iam vero Boer. *decis. 297. nume. 13.* seruari ait Galliae consuetudinē ut adulteræ mulieri crines scindantur, vestes ante & retro ad maius dedecus succidantur, adducaturque eo modo per totam Ciuitatem. In Ciuitate autem Coloniae dicit idem Boer. *ex ore Pter. de Raue.* quod adultera per urbem ducitur ad ecclesiam ignominiose, candelas manibus gestans. In Cathalonia vero aliud seruari perhibet, *ex Guil. de Mont. Laude.* nempe, quod vir etiam ignarus, inuitusque ab vxore infamatus adulterio, de suo proprio fisco solidos quadraginta pendere compellitur. Parisiis autem vir a fino insidere compellitur, versa ad caudam facie, v-

vxore-

xoreq; per capistrum asinum trahente per totam ciuitatem; præeunte proclamanteque præcone in hæc repetita verba: *Qui sic faciet, sic accipiet.* Et ad hæc ipse Boer. multos alleg. præsertim. ipsum Guil. Cardin. Zabarel. Guil. de Bened. Ioan. Montaigna. Tiraqu. tamen, & post eum Boer. d. quest. 297. dicunt Parisinam consuetudinem iam obsoluisse. Et Ioan. Montaignin. in tract. de Bigam. in 2. par. quest. 2. nu. 9. fol. 64. in 8. volum. trac. reprehendit Card. Zabarel. negans vera esse, quæ ipse Card. retulit de Cathalonix & Parisii consuetudine, eūque in honesti sermonis notat. In quæ advocat Aurel. August. scribentem ad Bonifacium Comitem. In ciuitate Brixix etiam mulier morte mulctatur, testibus Zabarel. consi. 60. & Boer. dec. 297 ante num. 15. Ioan. Faber, quoque in §. ex non scripta institu. de iur. natur. gent. & ciui. & in l. 1. C. quæ sit long. consuet. dicit extare in Gallia consuetudinem, vt adulteria conniueantur, & non coerceantur: & idem firmant Alexand. consi. 157. in fi. lib. 5. Fulgos. consi. 136. colum. penult. ad fi. versic. & hanc sententiam, Bald. consi. 16.

lib. 5. Et Boer. *decis.* 16. vbi plurima est eius congestio. Testis est quoque A. Gel. *noct. Atti lib. 9. ca. 23.* quod sua tempestate occidi ad altera poterat; cui fauet, *l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulte.* Quomodo puniatur in Regno Neapolitano aperit *in practic. ciuil. in fragmentis, num 197. fol. 477.* vbi etiam dicit, impunitate donari virum, qui deprehensos interimit adulteros, quod effecit Hēricus Britanniaē Rex, qui adulteram coniugem suam vltimo affecit supplicio, Annam s. Boleniam, & Semeram virginem duxit, ex qua Eberardū postea Regem suscepit, vt auctor est Ioui. *historiar. lib. 35. in fi. tom. 2.* Et quicquid sit de iure Canonico, quo non permittitur addulterorum occisio, vt docet Abb. *in cap si vero, il. 1. numer. 10. de senten. excommunic.* Fabi. quoque Monteleon. *in practic. arbitrar parte quarta, numer. 596.* ponit pœnas adulterii de iure Canonico, & *numer. 605.* pœnas iuris ciuilib, tandemque, *numer. 610.* pœnas iuris Regii. Paduæ in viro pœna est sexaginta aureorum, & in fœmina detrusionis in claustrum, *no. in l. mancip. C. de seru.*

seru. fugi. Præterea Ioan. Neuiz. in *Syl-
ua nupt.* s. conclusio suprascriptorum est,
numer. 90. folio 28. in septimo volum. tra-
ctatu. attestatur apud Gallos derideri
magis adulteria, quam puniri, & ita
etiam fieri apud Germanos. Alexand.
ab Alexand. *Genia. dier.* libro quarto, ca-
pit. 1. refert adulteria apud Indos,
Messagetas, Æthyopes, barbarasque
nationes impunitate donata. Lace-
dæmoniis Lycurgum nullam legem
de adulteriis præscripsisse, quia a-
dulteri non essent cogniti. Solonem,
vt euitarentur adulteria, meretricu-
las coemptas publice prostituisse. A-
pud Trogloditas oue mulctatum, qui
Tyranni corrupisset vxorem. Noma-
des communes habere vxores, & fili-
os, ac præter ensem, & cyathum, idem
apud Scythas seruari. Thraces nuptis
se commiscentes grauissimis affecisse
pœnis: virgines stuprari permissum. In
Tenedo marem, & fœminam adul-
teros capite plexos, in ciuitatibus Iu-
da lapidatos: in Attide, qui alterius vi-
tiaffet vxorẽ, raphanis per obscena affi-
ciebatur. Cumeos in adulterio depre-

anogili

hensam cunctis subigendam exhibere solitos. Sed adagiorum auctor dicit, quod apud ipsos Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, & lapidi insistentem omnium oculis subiiciebant; mox a sino impositam per totam Ciuitatem ducebant, tandemque ad lapidem reducebant, vt exinde per totam vitam infamis haberetur. Apud Pisidas seruatum, vt per aliquot dies in asino per urbem duceretur, ait Stobæ. *serm. 42.* Seprei, quos in adulterio deprehendunt, per triduum vinctos per Ciuitatem ducunt, quos contemtibiles haberi toto vitæ curriculo, sed fœminam vndecim diebus in foro stare discinctam, & tunica circumuestitam pellucida testatur idem Alex. *eo loci.* Vicus est quidam Atticæ regionis cuius incolæ Laciadæ, vel Blaciadæ vocantur. Apud hos moris erat, vt qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur quod si forte raphani non fuissent ad manum, stelæo utebantur.

i. ligonis

i. ligonis, securisve capulo, vt auctor est Plutarchus. In vrbe Ostrogotorum Schenigia Thurouis longi statua fuit olim, clauam humero gestantis, saxi duobus catena colligatis e claua dependentibus. Fuit is Athleta fortissimus, & pudicitiae muliebris defensor acerrimus. Mos igitur fuit, vt deprehensa in adulterio mulier dotem amitteret, & hereditatem omnem, essetq; in potestate mariti de ea, & adultero pro libito statuendi. Quod si adulter multa a legibus indictam soluere nequiret, tunc duo saxa Turonia mulieri humerotenus imponuntur, & ipsa virilib. adulteri funiculo ligatis, ipsum per plateas Ciuitatis, aspicientibus cunctis, pertrahere, ac demum exsilio perpetuo solum vertere cogebatur. Ita Olaus magn. *lib. 14. ca. 16.* De matrimonio Saxonum hæc Bonif. E uesto Guglielmo Malmesburiensi *lib. 1. cap. 64.* de Anglis scribit in epistola ad Ethibaldum Regem: Pagani verum Deum ignorantes, naturaliter, quæ leges sunt, & quod ab initio Deus constituit, custodiunt: quia propriis vxoribus ma-

trimonii fœdera seruantes, fornicato-
 res, & adulteros puniunt. Nam in an-
 tiqua Saxonia, si virgo paternam do-
 mum adulterio maculasset, vel si ma-
 ritata adulterium perpetrasset, aliquã-
 diu cogunt propria manu per laqueũ
 suspensam vitam finire, & super bustũ
 illius incensæ, & concrematæ corru-
 ptorem eius suspendunt: aliquando
 congregato cœtu fœmineo, flagellatã
 eam mulieres per pagos circumdu-
 cunt. virgis cædentes, & vestes eius ab-
 scindentes iuxta cingulum, totumque
 illius corpus cultellis secantes, & pun-
 gentes minutis vulneribus cruentatã,
 ac laceratam, de villa ad villam trans-
 mittunt, occurrunt autem semper no-
 uæ flagellatrices, zelo pudicitiaẽ impul-
 sœ, vsque quo eam aut mortuam, aut
 vix viuam derelinquant, vt reliquæ si-
 militudine supplicii, & metu deterre-
 ãtur. Hæc de moribus diuersarum gẽ-
 tium. Particulares autem animaduer-
 siones quasdam super addere non erit
 inutile. Philippus cum Thebanis bel-
 lum gerebat, Aeropus, & Damasippus
 duces elupanari conductam mercede
 Psal-

Pſaltriam duxerāt in caſtra: re autem
 cognita, Philippus vtrunque ducem e
 ſui Regni finibus exterminauit. *Au-*
tor eſt Polien. lib. 4. Cum ad Alexandrū
 Magnum delatum eſſet, mercenario-
 rum quorundam militū vxores a Da-
 mone, & Thimoteo Macedonibus cō-
 ſtupratas, Parmenioni mandauit per
 literas, vt ſi reos deprehendiſſet, tan-
 quam natas ad hominum corruptelas
 beluas interficeret. De ſe ipſo eadem
 epiſtola ita ſcripſit: *Ego enim, non ſolum*
non vidiffe inueniar Darii vxorem, aut vi-
dere cogitaſſe: verum nec verba facientes de
eius decore audiuiſſe. Plutarch. ita in Alex-
andro. Sertorius, qui bellis ciuilibus
 vnus Marianarum partium erat, cum
 in caſtris tabernaculum ſuum ſatis
 propinquum ſeruis haberet, qui a
 Mario liberati militabant, quia nimis
 licenter opibus, Romanis que mulie-
 ribus abutebantur, Imperator eos, vt
 pote qui vim non vererentur, edo-
 ctus, quatuor ex eis millia occidit.
Fulg. lib 6. ca. 3. Germanos exciſis crini-
 bus, domo viri exactas nudas tota vrbe
 verbere affeciſſe. Gorthinis deprehē-

sum adulterum lana coronare, totaq;
vita infamem haberi *Aelian. lib. 12.* A-
pud Pisidas asinis infidentes circūdu-
ci. Apud Ægyptios naso plecti *Diodo-
ro teste lib. 1. cap. 6.* ei vero, qui liberam
violasset, excidi virilia: quod a Roma-
nis quandoque vsurpatum legitur, vt
exemplum exstat in Bibieno carbone.
Edimos apud Græcos testiculis suspē-
sum fuisse. Zeleucum Locrēsem vtro-
que exerto oculo, adulterii pœnā lue-
re coactum. Parthos, adulterio nullum
crimē seuerius vindicasse, inquit *Alex.
lib. 4. cap. 1.* Solonis lege deprehensam
mœcham occidere permissam fuisse,
& hoc ipsum Platonis legibus cautum.
Opilium Macrinum deprehensos a-
dulteros igne concremasse, tandemq;
apud Arabes adulterii pœnam sem-
per capitalem exstitisse, vt per *Alex.
ab Alexand. lib. 4. cap. 6.* Nec me piget re-
ferre Alciati verba de hac ipsa re *Pa-
rerg. iur. lib. 2. cap. 47. colum. 246 tom. 2.* Et
sunt hæc. Tradit enim *Plutarchus in Proble-
matis, mulieres, quæ in adulterio deprehense
fuisent, in forum deduci solitas, vt illic lapi-
di insidentes, ab omnibus inspici, despicique
vossent:*

possent; demum Asino imposita per omnem urbem vectabantur, rursus ad lapidem reducebantur. Unde ignominia causa, quæ id passa esset, mulier onobates ab inlesso asino dicebatur. Quod & dudum ante probauimus ex Alex. ab Ale. & ex adagiorum auctore.

Trigesima quinta adulterii poena est, ut mulier perdat dotem. not. gloss. & post eam Doct. inibi in leg. cum mulier viri, ff. sol. mat. l. dotem, C. de iur. dot. l. liberat. C. ad l. Iul. de adul. Spec. in ti de dot. post diuor. restit. §. formatis, vers. quid si maritus & ibi Bald. in vers. an heres. Quod procedit, etiam si vxor sit putatiua tantum, ut adnotarunt Cano. in c. plerunque de don. int. vir. & vxor. contra glo. in l. consensu C. de repud. quæ communiter* reprobatur. Castr. cons. 262. Et idem locum sibi vindicare inquit in vidua, quæ stupri causa dotis iure exuitur. Cas. idem cons. 122 reuocatur in dubium in l. sororem C. de his quib. ut indign. in l. fideicommissum post glo. Cod. de fideic. Bart. in leg. pen. C. ad l. Iul. de adult. & in l. 1. in vers. vlt. rarius no. ff. de his, quib. ut indign. quanquam etiam Bartoli theorica declinari potest. Et cui Alex. in d. l. sororem, col. 1. ad fi.

cōtradicit. Et hæ pœnæ a iure Pontificio proditæ sunt, vt. s. separetur thorus, & dos perdatur, quando ciuilitè agitur, quia legalis pœna eo iure non habet locum, vt nota *in d. cap. tue, de procur.* & *in d. c. gaudemus, de diuor.* Similiter & vxor propter viri adulterium lucratur donationem propter nuptias, vt docuit Abb. *in d. c. gaudemus, num. 7. in fi. fauetque text. in d. cap. plerunque, de dot. post diuor restituem.* Nō enim *in d. c. gaudemus,* vlla adulteræ mulieri imponitur pœna, sed prouidetur tantum, vt in monasterium claudatur, honesteque viuat. Vnde dicunt, qui huic adhærent sententiæ, quod inuita non clauditur in monasterio *in casu d. cap.* sed quando criminaliter agitur coram iudice seculari, tunc inuita detruditur. *per text. in sapius alleg. auth. sed hodie, Cod. ad l. Iul. de adult.* Ibi enim est verbum collocare, & non detrudere, vnde collocationē fieri inquit ad pœnitentiam peragendam, non autem ad pœnam principaliter infligendam, & ad præmissa adduci solet *text. in capitul. de benedictō 37. questione prima, in fine.* Et Abbas *in dicto cap.*

cap. gaudemus, in fin. Illud profecto notatu dignum est, quod mulier non ignorans matrimonii nullitatem, non tamen idcirco excusatur, quin dote priuetur, virque eius fructibus destituatur, ad l. 3. ff. de condict. cau. dat. l. dotis, la prima, ff. de iur. doti. Et ita docuit Iac. de Bellouis. in pract. crim. tit. de iniur, num. 36. versi. trigesimo quod mulier. An autem opus sit criminali accusatione ad dotis acquisitionem, exstat responsum Alexand. cons. 189. num. 8 lib. 6. Vbi tenet, quod non, & ab eo stat communis * opinio contra Bart. vt per eum ibi. Et q̄ mulier perdat dotem, tenent scribentes passim, inter quos Nouel. in tractat. crim. §. non inutiliter, nu. 7. 8. fol. 163. & ibidem, nu. 18. fol. 166. tractat, num. mulier ob adulterium viri lucrifaciat donationem: propter nuptias, Bossi. quoq; in titul. de coit. damnat. & punib. numero 54. fol. 192. tenet adulteram perdere dotem, donationem propter nuptias, & paraphernalia. Et ibidem, numero quinquagesimo sexto. ponit casum, quo nō perdit, numero autem quinquagesimo septimo, eodem folio latius disserit, & diffinit;

quando perdat ob præparatoria solū,
 vt propter luxuriosum osculum, aut
 similem actum, quod habebis etiam a
 Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 16. n. 33. Con-
 clusionem vero hanc, quod dos perda-
 * tur propter adulterium, communem*
 asserit Clar. d. §. adulterium, versi. & scias.
 Ita gl. in d. c. plerunque, in versi. dot alium, de
 donat. int. vir. & vxor. Rom. in sing. in versic.
 adulterium, vers. propter adulterium, Bartol.
 in l. Lucius, ff. sol. mat. Bal. in l. si mulier, eo. tit.
 Arch. in c. Agathosa, & ca. prouidendum,
 22. quest. 7. Surd. tract. de alim. tit. 7. quas. 16.
 numer. 1. 20. 21. 22. disputat, & concludit,
 adulterii causa mulierem amittere
 dotem, & alimenta, etiam si ciuili tan-
 tum iudicio maritus cum ea conflixe-
 rit, etiam si vera non fuisset vxor, sed
 putatiua tantum, & ibidem n. 30. 31. de-
 fendit, adulteram cum præmissis pri-
 uari etiã paraphernalibus bonis suis,
 & donatione propter nuptias, quinet-
 iam, nume. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. tenet eam
 cum dote perdere alimenta, non solū
 ob adulterium, sed etiam ob osculum
 luxuriosum, ac patientiam, quod eius
 tangerentur mamillæ. vel quando fuit
 in

in balneo cum viris, vel pernoctavit
extra domum viri, vel cum inspectavit
publica spectacula reluctante marito.
Nisi tamen vapulasset a marito, eiecta-
que esset, & domo pulsa, quia tali casu
in pœnam non caderet, vt ibi *numero*
quadragesimo. Quanquam in hoc alios
contra tenuisse deducat, *numero qua-*
dragesimo primo, quadragesimo secundo, qua-
dragesimo tertio, quadragesimo quarto. vbi
videre poteris, ne hic tædio afficiaris.
Videre etiam poteris Anchar. *consilio*
quadringentesimo nono. Et Ioan. Lup. *in*
repet. rubric. de donationibus inter virum &
uxorem, numero quarto. Imo tali casu va-
pulationis teneretur eã alere, tametsi
adulteram, Baldus *in leg. prima, sub nu-*
mero nono. Codic. de legat. Bartol. in leg. si
cum dotem, § sin autem in seuisimo, Digest.
sol. matr. vbi Angel. Castrens. & alii Bald.
Cy & alii, in l. quod in uxorem, C. de neg. gest.
Guid. Pap. decisione quadringentesima trige-
sima nona, numero sexto, & consilio centesi-
mo vigesimo septimo. Iacob. Machel patroci.
quadragesimo septimo. Roman. con. silio quin-
gentesimo septimo. Castrens. consilio trecente-
simo nonagesimo secundo. Et dixit Baldus

in leg. final. numero duodecimo. C. de sent. que sin. cert. quant. profer. ubi ampla apostilla sub lit. O. quod si maritus sine iusta causa vxorem domo eiicit, tenetur illi dotem consignare suam. Cui tamen contradicit Castrenf. consil. 302. ubi respondit, expulsæ vxori, non dotis sed alimentorum duntaxat actionem dari. At principalis conclusio, quod vir alere teneatur vxorem, quando culpa ipsius viri recedit e domo, eo etiam procedit casu, quo nullam mulier viro dotem dedit, Bartol. in dict. leg. si cum dotem, §. sin autem in seuisimo, per textus. in leg. quod si nulla, Digest. de religio. ubi etiam Bartol. Et sequitur Guid. Pap. dict. decis. 439 in princ. Quinimo lite etiam super hoc pendente interim ali vxor a viro debet, ut per Guid. Pap. eod. loco. & Capel. Tholos. decisione septuagesima septima. Aduerte tamen, quod si mulier extra domum mouetur absque viri culpa, & licentia, foris eam vir alere non tenebitur, ita Doct. in precitatis locis. Et Socinus consilio ducentesimo octuagesimo sexto, libro secundo. Machel dict. patroc. quadragesimo septimo. Et de alimentis a viro præstandis

dis

dis videto multa bona apud Doctor.
*in dicta leg. quod in uxorem, & in dicta leg.
 de al. mentis, Codic. de transaction. Bosi. in
 in titul de alimentis prestandis vxor. Afflict.
 decisione centesima quinquagesima tertia.
 vbi tenet, lite pendente, & vbi nulla
 data est dos, vxori alimenta præben-
 da esse. Et Rip. in leg. soluto matrimonio,
 numero vigesimo nono. Digest solut. matrim.
 tenet mulierem, quæ recessit e domo
 ob viri sæuitiam, posse & dotem, & a-
 limenta petere. Clar. insuper dict. § ad-
 ulterium, versiculo & scias, tenet, adulte-
 ram ptiuari dote, eo etiam casu, quo
 vir ciuilitè egit ad thori separatio-
 nem, & non criminaliter ad pœnam.
 Et ita cõmuniter* teneri ait: sequitur
 que Boer. decisione trecentesima trigesima
 octaua, numero secundo, tertio, ac sequen. part.
 secunda; Quæ quidem thori separatio-
 nis petitio ante dotis amissionem per-
 necessaria esse videtur, vt volum. 5. trac.
 fol. 53. numero sexto. septimo. ostendit
 Baldus nouel. in tractat. de dot. versicul. &
 prædicta procedunt, vbi dicit, quod sine
 repudio adultera perdit dotem, dum
 modo coram ecclesiastico iudice*

petita sit thori separatio. *c. si. de adulteriis.*
 Et si non petita separatio, exspectanda
 esset mors naturalis, si modo adulteri-
 um non esset notorium, quo casu etiã
 absque ecclesiastico iudice vxorẽ ex-
 pellere posset, & lucrari dotem, sine
 sententia. Thori quippe separationem
 fieri oportere ab ecclesiastico iudice,
 nemo dubitat, imo si fieret a iudice se-
 culari, vix non lucrifaceret dotem,
 quia iudex esset cõpetens, vbi ciuilitè
 ageretur. *dict. ca. tua, cum bino. de procur.*
Ioan Andr. in dict. capit. final. de foro com-
petenti in exto. Abb. in dicto capitulo ple-
runque, in versiculo, nota secundo. Socinus
iunior consilio iii. numero 6. libro 3. Balduus
consil. 221. libro 2. de dotis perditione respon-
derunt. Et ex Baldo ibi licet, an singula-
ris mariti successor lucraretur dotẽ pro-
pter vxoris adulterium, & an ea adul-
terii exceptione vti possit contra peti-
torem dotis. Carer. quoque in practic.
tractatu de homicidio. §. 6. numero ducente-
simo quin quagesimo tertio f. centesimo trige-
simo octauo late differit, & concludit,
 quãdo adultera dotẽ perdat, & nuptia-
 lia lucra, & quid si non adulteretur,
 sed

sed impudice viuat *numc. 254* Et quid,
 quando vir et uxor cōcubina in do-
 mo, *numc. 25* & si filios habeat ex prio-
 ri matrimonio quibus dos applicabi-
 tur, *numc. 2. 2. fol. 121*. De paraphernaliū
 autem amissione *Clar. d. § adulterium,*
vers. adde. quod & quid. vbi solum inter-
 uenit osculum luxuriosum, idem *Clar.*
vers. scias etiā Multos conglobat *Boer.*
decis. 338. par. 2. vbi etiam allegat fallen-
 tias, nempe, si adulterium cōmisisset
 marito consentiente, tunc dotis iactu-
 ram non pateretur, vel si postea secuta
 reconciliatio fuisset. *Abb. in c. plerunq;*
versic. non ibi reconciliatam. Item si habet
 patrem, vel filios prioris matrimonii,
 vt ibi, *n. 3. 4. 5. 6.* Quid autem si vir se nō
 inscripsit, quod tali casu lucrabitur
 dotem. Et *Spec. in tit. de adulteriis, d. § de*
adulteriis, vers. item queritur ecce, quod non.
 Et *Castr. cons. 107. alias 117.* Si autem mu-
 lier a viro recessit propria voluntate,
 quia timuit sibi a marito, tunc sine a-
 ctione, repetenti dotem obstat exce-
 ptio adulterii repetenti dotem. Ita
Abbas in dicto capite plerunq; in 3 nota.
 Sed hinc pulcherrima se offert questio
 etiam

etiam cursim dudum tacta, num pater ob filiaē adulterium dotis ad se reuerfuræ ex pacto, vel ex lege iacturam faciat, idemque de filiis dubitatur. Tetigit quidem Clar. in dict. §. adulterium, versic. & hac quidem, sed non tractauit tamen, quia se remisit ad per se scripta, in §. dos. qui nunquam impressus fuit; quod ego viderim. At Rip. in l. 2. §. item si voluntate, nu. 2. ff. sol. mat. tractauit quidem, & ante eum Spec. in tit. de dot. post diuor. restituens. §. formatis, ver. sed nunquid. Et post multam disputationem tenuerunt, quod non noceat patri aut filiis. Idem tenuit Io. Beiber. in viato. Rubr. de adult. circa fin. Et Rip. in praecitato loco respondet argumentis Senensium, & Perusinorum, qui tenuerant contrarium, eo etiam casu, quo pater sit stipulatus dotem sibi reddi secundum formam iuris, & statutorum, & statutū dicat, quod mulier propter adulteriū perdat dotem, quia hoc etiam casu statutum patri non nocebit, nec filiaē adulterium, per iura & rationes ab eo alleg. Multa etiam conglobat Boer. dict. decisione trecentesima trigesima octaua.

num.

*num. 5. Vbi alle. Cy. Io. Fab. Bal. Sal. Dy-
Bar. Castr. Alex. Ang. & Io. de Imol. in
locis ab eo signatis. Et vide Dyn. in reg. non
debet. in vlt. add. in 6 vbi agit, & de patris,
& de filiorum præiudicio.*

*Trigesima sexta pœna est, quod adul-
tera potest impune occidi, itidemque
adulter, si vilis existat, a patre, vel ma-
rito. Sed vt distincte magis proceda-
mus, dicamus prius, quod patri licet
filiam adulteram, ipsumque adulterum
impune interficere, de hoc est textus
in l. pater, C. ad l. Iul. de adult. cap. inter hac,
33. quest. 2. Et vtrobique Doct. scribunt
multaque coaceruant iura, multasque
rationes apud eos videndas, & in l. nec
in ea cum leg. seq. ff. ad leg. Iul. de adult. in leg.
Gracchus, Cod. eod. titul. in leg. quod ait, in
princ. ibi, in ipsis rebus veneris, & in leg. &
si amicis, in fin. ff. eod. tit. vbi tenent, posse
patrem in adulterio deprehentos oc-
cidere quidem, sed imo etiam si illos
in veneris lusibus deprehenderit.
Quanquam in hoc ultimo contradi-
cunt quidam in Rubrica Codicis de ius-
dicio, & in rubrica Codicis de edendo.
Vasquius de success. creat. §. septimo.*

numero 39. Dyn. in capi. cui licet, de rez. iur. in sexto. Et ibi apostilla sub lit. A. Nouel. in pract. crim. §. non inutiliter, numero 1. 2. 3, vbi agit de patre, auo, & socero. Boss. in tilut. de coit. damna. & punib. numero 49. vbi non modo de patre tractat, sed & de marito. Corn. consi. 159. nu. 3. lib. 2. Bal. in l. Imperator, ta. 2. in 2. quest. ff. de stat. hom. vbi tenet impunitate donari patrem, qui deprehensam in adulterio filiam interimit, etiam si illa prægnaans sit. Saluia. de Boniue. in consil. 35. nu. 4. libr. 2. consil. crimin. diu. Doct. Clar. omnium recentiorum diligentissimus, & fidus, in §. homicidium, versicul. dixi etiam posse, ex Doctor. dictis vere colligit quinque, vt concurrant necessaria esse, vt patris in filiam grassatio illi cōdonetur. Primo, vt ipse in primo impetu occidat. Secundo, vt filia non exierit ab eius facris. Tertio, vt occidat in domo sua, vel generi. Quarto, vt filia iam nupta, & elocata sit. Quinto, vt deprehensio facta sit ipso in turpitudinis actu, hisce enim quinque concurrentibus licere patri filiam occidere omnes cōsentiunt, alioquin secus. Sextum adde
 tu*

tu requisitum, vt non filiam occidat modo, sed & adulterum simul, vt paulo inferius dicemus. Et hanc conclusionem extendunt Doct. etiam ad Clericum adulterum, qui potest interfici semoto excommunicationis metu, aut vllius censuræ. *capitulo si quis suadente diabolo decima septima, questione quarta.* Et communiter * hanc recipi conclusionem infra idem Clar. *eodem loco ex Bermond. in tractat. de concubinar. folio 207. numero quinto, in fine.* Et quamuis negēt aliqui id procedere in eo, qui magistratum gerit, ea ratione, quod magistratus iure mariti nequeant accusari, inualuit tamen contraria opinio, vt per Clar. *vbi supr.* secundum Bartolum *in leg. marito, §. illud in primis verbis, Dig. ad legem Iuliam, de adulter.* vbi tenet, magistratum quoque occidi posse, quicquid contra in hoc effutiuerit Gram. siue Blasi. *super constitut. regni, folio centesimo decimo, numero decimo octauo.* Et ante Clar. tenuerunt complures Doctores insignes inter quos Speculat. *in titulo de adulter. versicul. item quod est magistra-*

rus. Azo. in sum. tit. de adulter. August. de Arimino. in addit. ad Angel. de malef. in vers. Che mi hai adulterata, nume. vigesimo. Et postremus omnium scriptione, sed non auctoritate, ita tenuit D. Tiberius Doct. meus in suo tractat. crim. libro nono. capit. decimoquinto, cui inscriptio est, de excusatione parricidii, numer. 20. 21 fol. 69 per tex. in dicta leg. marito. §. illud. Ita videlicet, ut si solam pater occideret filiam, & non simul adulterum, teneretur leg. Cornelia de sicar. dict. leg. nihil, ff. ad leg. Iul. de adulter. Quia ut impunitus abeat, debet utrumque trucidare.

De patre diximus. Nunc de marito oportet dicere, an scilicet illi permiffum sit vxorem in adulterio deprehensam cum adultero interficere. Hac porro in quaestione distinguendo Doc. inquirunt: quod aut vilis adulter est, aut non. Si vilis, impune occidi potest: secus, si non sit vilis, text. est in dicta leg. marito, Digest. ad legem Iuliam, de adulter. Quam conclusionem ita interpretantur, ut ne vilem quidem impune occidat maritus, nisi eum in domo propria inter-

interficiat. Vilis autem quis dicatur aperit Salicet. *in dicta leg. Gracchus, & in dicta leg. marito, Digest. ad legem Iuliam, de adulter. ac in leg. humilem, Codic. de incest. nupt.* Et alibi dicitur, quod viles sunt lenones, lenonumque filii, Scenici, Arenarii, horumque filii, atque alii malis imbuti moribus: vt per Baldum atque alios *in dicta l. humilem.* Et quamuis marito non sit permillum impune adulteros occidere: verū est tamē, q̄ si iusto dolore occidat nō, occidat impune, sed mitius puniet tamē, quia iustū temperate dolorem est multum difficile, *per text. in l. adulterium cum incestu §. Imperatore, Dig. ad legem Iuliam de adulter. Fauetque dicta lex Gracchus, C. eod. tit. Ang. de malefic. in versicul. & dictus Titius se defendendo, folio tertio. & versicul. aduertas. Roman. in leg. cum mulier, columna trigesima secunda. versicul. aduertas tamen, quia etiam offensa, Digest. soluto matrimonio. Multa comprobant Marci. consilio 25. numero vigesimo tertio, & sequent. consilia sexagesimo octauo, numero octauo, consilio septuagesimo tertio, numero quinquas-*

gesimo octavo, libro primo: atque alibi frequenter. Ideo nimirum temperatur pœna delicti, cui causam dedit iustus dolor, iustaque ira, per dictam legem Gracchus: & dictum § Imperatores, Speculat. in titul de accusat. § primo. versicul quid si te vocavi. Abbas in capite olim de prescriptio. & in capit dilecti. column final de exceptio. in cap. cum te, de re iudica. Et multa in viiū colligit more solito Tiraquel. in tract. de pœn. temper. caus. i. Qui enim occidit adulterum vilem, in metallum dānatur: si honestum, relegatur in insulam. per dictam legem adulterium, cum incestu, § Imperatores. vel in exsilium agitur dicta leg. Gracchus. Et hinc constat errare illos, qui nullo casu maritum occidere posse adulteros inquirunt, quia vere potest, cū distinctioe præmissa. Quam conclusionem communem* esse legistarum inquit Parisius consil. 154. n. 18 libr. 4 quem citat Clar. in loco præall in versic. sed quid dicendum, sibi etiam aduocat Soc. iun. cons. 34. libr. 2 Gomez. super lib. 80. Tauri. n. 55. vbi tenet id verum esse, etiam si lactis initiatus sit adulter. Quia maritus illam occidens non

non

non incidit in pœnam, *dict. capit. si quis suadente diabolo per cap. 3. in fine, de sent. excomm. Et scribit Couarr. in titul. de sponsa fol. 3. num. 12. Et de hac materia Ioan. Ne- uiz. in Sylua nupt. §. suprascriptorum est nu. 79. 83. 85. 93. fol. 28. in 7. volu. tract. Nouel. in pract. crim. §. non inutiliter, num. 1. 2. 3. 9. fol. 163. Castren. consi. 189. Vasqui. de success. crea. §. septimo, num. 22. Vbi noua utitur rati- one ad probandum, quod priuatis li- ceat adulteros obtruncare, tueturque inibi contra communem, non pecca- re in re dubia illum, qui adulteram bannitamue interficiat.*

An autem patri, maritoe in casibus a iure permissis, vt dudum ante effati sumus, si animus, aut vires non suppe- tant ad occidendum adulteras, liceat mandare alteri, vt occidat? Et fuerunt qui licere dixerunt, alii vero negant. Inter illos, qui negatiuam sustinuerunt, fuit Bald. *in cap. si quis vero, post nume. 3. de pac. iur. firman. August. Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in versi. Chemi hai ad- ulterata la mia donna. num. 64. qui commu- nem* appellat. Grammat. super Constitu. Regni, fol. 100. nume. 19. Rolan. a Val. dicto*

consil. 34. numer. vigesimonono lib. 2 Claud. Seifel. in l. ut vim. unmer. 124. ff. de iusti. & iure. Et hos alleg. Clar. dicto §. homicidium versicul. Dubium est. Qui rationem in idem allegat. Et est hæc, quod cum valde a iuris regulis exorbitet, nempe ut possit quis auctoritate propria vindictam sumere, non videtur firmum saltem, (ut ad alias personas transferatur. Aliam opinionem, ut alteri demandari occisio possit, alii turrati sunt, ut Afflict. super 3. par. Constitu. Regni. Rubri. 46. numer. 4. Carer. qui Afflict. refert, in practic. fol. 445 numer. 240. Et ita dicunt iudicasse, curiam Neapolitanam, & se ex facto obtinuisse inquit Cepol. de seruit. urban. prædi. ca. 23. ad fi. Tertia opinio eorum fuit, qui tenuerunt mandari quidem homicidium adulterorum posse a parente, & marito in casibus a iure permissis, ut supra, sed non omnibus passim, verum soli filio, quemadmodum matris adulterium in filiorum contumeliam vertisciamus quod & attestatus est Ioan. Neuiz. in Sylva. nupt. §. conclusio supra scriptorum est, in numer. 35. folio 26. in septimo volum.

volumin. tractat. in versicul. tertium inconueniens est, quemadmodum tenuit Bal. in dicta l. Gracehus, numero quinto, C. ad leg. Iul. de adulter. Quam sententiam communi* voto scribentium ample-
 xatam perhibet Gomez. in 80. l. Tauri. numer. 61. & in titul. de delict. capite tertio, ubi etiam dicit communem. Et Couarru. in titul. de spon. numero quinto, fol. 140 quos alleg. Clar. in loco dudum ante citato. An autem marito liceat amicos conuocare, vt adulteros occidant, scribit Ioan. Neuiz in Sylua. nupt. §. conclusio suprascriptorum est, nume. 98. fol. 28. in 7. volu. tract. qui quidem Neuiz. ubi sup. numer. 102. ponit formam denuntiationis faciundæ suspecto de adulterio, & tenet nu. 3. in princ. posse eum adulterum occidere in loco suspecto post trinam monitionem. Quod probat text. in l. si quis vi. C. ad l. Iul. de adul. Quia hic adulterii suspectus purgare se omnino tenebatur, vt per Menoch de arbit. ind. sentent. cas. 274. num. 1. Et vera est conclusio suprascripta, etiam si maritus adulterio se polluisset, vt ibidem attestatur Neui-

2a. n. 104. vers. si tamen ab ea diuerterit prius, & nu. 106.

Trigesima septima pœna est, quæ in Iudæo consideratur eo casu, quo statutum esset in aliqua ciuitate, vt adulterium committens centum aureos pēderet pœnæ nomine: si Iudæus adulteretur, num plectendus veniat pœna capitis secundum ius ciuile, an pœna centum aureorum secundum statuti formam. Et quicquid alii prius dixerint, mihi certe placet opinio Clar. in d. §. adulteriū, in versi. pone stat statutum, vt scilicet si cum Iudæa committat adulterium puniatur pecuniaria pœna secundum statutum: si cum Christiana, alia grauiori, vt triremis, aut similis, ob pluriū concursum delictorum, & ad deterrendum hoc genus hominum, vt a Christianarum complexibus abstineant.

S V M M A R I V M.

Mandans alicui, vt committat adulteriū, non dicitur adulter.

Caput XVII.

Quoniam autem fieri potest, vt quis
vel

vel nolit, vel non possit per se adulterium committere, si alteri committat ut adulteretur, dubitatum fuit, an hic mandans adulter dici debeat? Et Bart. in l. prima, §. ne autem, columna prima, vers. tu altius considera. C. de caduc. tollen. adulterum hunc dici posse negat, cuius opinio recta censetur, & approbatur.

S V M M A R I V M.

Adulter an ex repetitis uno tempore congressibus, pro uno, vel pluribus adulteriis puniendus sit.

Cap. XVIII.

Quid si quis repetitis congressibus, vnaue nocte saepe coeat cum muliere nupta, an hic, pro uno, vel pro pluribus adulteriis puniri debeat: & quamuis adulterium sit reiterabile, ut inquiunt Pet. Calephat. decis. 9. nu. 2. lib. 2. consi. crim. diuers. Doct. & Clar. in loco dudum citato, vnum dici adulterium vnica animaduersione mulctandum verius est. Ita glo. in l. vulgaris, in versic. fur. erit ff. de fur. & ex facto ita respondit Bar. in consi. 222. communiterque sic teneri affirmat Couar. variar. resol. *

libro. 2. cap. 10. numer. 8. ad fi. Refert, & sequitur Clar. in d. §. sed pone. Soci. Sen. in c. ad ea, qua. num. 24. de pæn. Soarez. in thesau. recept. senten. in ver. adulterium, numer. 84. qui communem * affirmat. Petr. Ant. August. cons. 6. numer. 5. lib. 3. in mat. iudi. Boss. in titu. de coit. damna. & punib. n. 48. fol. 292. Contra tenuit Abb. in capit. sicut nobis, nume. 3. de testib. Et Petr. Calepha. ubi supra. Abb. in cap. 1. nu. 3. de pæni. Bal in l. quicumque, colum. 2. in princ. versic. secundo no. propter geminationem. C. de seru. fugi. per glos. in l. pæn. ff. de act. & oblig. & in d. l. vulgaris, ubi Alex. post Bar. Et idē Bart. in d. l. adulterium cum incestu, §. stupraui. ff. ad leg. Jul. de adulte. Car. in cle. 1. §. si qui. de priui. aliter loquens.

S V M M A R I V M.

Dominus adulterans uxorem vasalli sui, vel contra vasallus adulterans uxorem Domini, an possit impune occidi.

Caput. XIX.

Quid in domino adulterante uxorem vasalli sui, vel e contra in vasallo

fallo adulterante vxorem domini sui,
 an hi impune occidi possint? Et repe-
 rio, quod Afflict. *decisi. 265. nume. 30.*
 vtranque dirimit quæstionem, dū di-
 cit non posse dominum subigentem
 vxorem vasalli sui ab ipso occidi va-
 fallo: contra vero Dominum posse va-
 fallum adulterum interimere, *arg. l.*
marito, §. 1. & l. adulterium cum incestu. §.
liberto, ff. ad l. Iul. de adulte. Et sub infert
 rationem, nempe quod Docto. passim
 vasallum comparant liberto, vt per
 HERN. & Luc. de Pen. *in leg. 2. C. in quib.*
casib. colon. censib. lib. 11. Idem Afflict. *in ca.*
1. §. item fidelis. numer. 3. quibus mod. feud.
amitt. tenet posse dominum occidere
 vasallum adulterantem vxorem su-
 am: sed non e contra, *numero quinto,* va-
 fallum posse occidere dominum. Et
 quamuis dominus occidens vasallum
 adulterum lucrifaciat feudum, vt pro-
 bat Afflict. *vbi supra,* non tamen lucra-
 bitur allodialia, vel burgenfauca Ita
 Paris de Put. *de reinteg. feu. §. pone, quod*
dominus, nume. 44. fol. 6. Reperio etiam
 M. Mant. *in Dialo. Clas. 19. cap. 4.* hanc i-
 psam quæstionem tractasse. Et quãuis

prima facie videatur subdubius, dicit tamen verius esse, vt occidere vasallus dominum nequeat, etiam si cum vxore sua cocuntem illum deprehendat: & tandem adhuc in dubium reuocat per iura, & rationes apud illum videntas. Deniq; vidi Ioan. Ferrar. Monta. *in collectare in vsibus feu. lib. 4. cap. 1. versi. si cum domini vxore, tenentem, priuari vasallum feudo, non tantum si domini vxorem comprimat, sed etiam si illam tantum turpiter tangat, aut interpellet, siue viuo, siue mortuo domino, quia in atrocioribus punitur affectus, licet non sequatur effectus, per l. si quis non dicam rapere, C. de episcopis & clericis, in l. Diuus in l. is qui cum telo. ff. ad legem Corn. de sicar. Notauit insuper Boss. in titul. de crim. læsæ maiest. quod habens rem carnalem cum vxore Regis, vel Imperatoris, non incidit in crimen læsæ maiestatis.*

S V M M A R I A.

Adulterium etiam censetur cum vxore serui. Quid cum serua aliena. 2. Quid cum domina hospiti nupta. Quid cum eius famula. 3.

Cap

Cap. XX.

IAM vero & illud scitu dignum est, quod quamuis ciuili iure serui matrimonium non contrahant, sed contubernium, & sine matrimonio non detur adulterium, vt alibi diximus: nihilominus iure poli matrimonium cōtrahitur etiam inter ipsos seruos, & ob id adulterium committitur etiam cū vxore serui, vnde & accusatio competit. Ita Alex. & Ang. in l. inter liberos ff. ad leg. Iul. de adul. De serua autem aliena †² illud constitutum est, vt si quis illam polluat stupro, eius domino teneatur actione iniuriarum, vel etiam actione serui corrupti. ad leg. Aquiliam. vt in d. l. inter liberos, ff. ad legem Iul. de adult. l. si ff. de offi. presid. in glo. in versi. non possunt. Salyc. in l. serui. C. ad l. Iul. de adult. vbi probat posse eum extraordinarie puniri. Et no. omnes in dicta l. inter liberos. Socin. consil. 148. in principio secunda columna lib. 1. Præterea, si quis cum † domina hospi³ ti nupta coeat, adulterium certe committit: secus si cū famula hospitis, quæ ob sui vilitatem legum laqueis non in-

nodatur, text. est in l. qua adulterium, C. ad
l. Iul. de adult,

S V M M A R I A.

- i Pace inita cum inimico, an eius uxorem
deinde adulterans, pacis effractor cen-
seatur, & eo nomine accusari possit.
- Adulterans uxorem alicuius nō dicitur
iniuriari viro.

Cap. XXI.

PRÆmissis adiiciendum est † quod
si forte quis post diu gestas simul-
tates cum aliquo, pacem inierit, & po-
stea uxorem reconciliati inimici a-
dulterio comprimat, non poterit qua-
si pacis effractor accusari, eo ve nomi-
ne teneri, quicquid dicat post Ioan.
Fabr. in l. denunciamus, & in l. raptores, C.
de rap. virgi. Et Luc. de penna in leg. 1. C.
pub. l. et Boer. in d. decis. 297. nume. 9 par. 1.
qui post Bar. in l. verum, ff. de furt. nega-
tiuam tuetur. Alexand. consil. 116. nume.
4. libro 4. Melch. Facin. consil. 78. nume.
35. libro primo, consil. crim. diu. Docto. Ludo
Car. consil. 99. numer. 13. Bar. in d. l. Ve-
rum circa medium, ff. de fur. Bal. in l. si. in fi.
column.

column. 1. C. si cont. ius vel util. publ. Ioan. de Imol. in l. licitatio, §. quod illicite, column. 1. in fi. versicul. idem puto, ff. de publica. Qui etiam dicit, quod adulterans uxorem alicuius, non t̄ dicitur iniuriari viro, ex quo faciat, uxore volente. Et ita etiam dicit Bal. in c. 1. quib. mod. feu. amit.

S V M M A R I V M.


Bannita mulier quæ sit nupta, non potest impune adulterari, tametsi ex statuto banniti possint impune offendi.

Cap. XXII.

Post hæc & illud minime est negligendum, quod quamvis mulier bannita fuerit, dicatque statutum, bannitum posse impune offendi: non tamen idcirco poterit bannita & nupta adulterari, ita Bal. in l. si. column. 1. C. si contr. ius, vel util. publ. Franc. Nicouie. in cap. quoniam contra. numer. 25. fol. 78. glo. 2. in vers. extraordinarius, de proba. Pet. Royz. decis. Lituan. 3. nume. 70. fol. 281. & sequen. Surd. in tract. de alim. tit. 7. quest. 16. nume. 26. Et per hæc sit impositus finis huic tracta-

tui, ad laudem omnipotentis Dei, atque
eius purissimæ atque immaculatissi-
mæ Virginis genitricis, cuius purifica-
tionis dies festus die castrina
celebrabitur.

Tractatus de Adulteriis finis.



Km 3195


X 2207489

NE



de Joonf
de
de
de





TRACTATUS
DE ADVLTERIIS,

IVRIBVS TVM DIVINIS,
tum Canonicis, & Ciuilibus, ac
Doctorum auctoritatibus
confirmatus,

AUCTORE
D. FLAMINIO DE RVBEIS
Vtinense V. I. D.

Nunc secundo in lucem editus,
Summariis, ac Indice Materiarum appositis.



FRANCOFVRTI,
Ex Officina Paltheniana, Anno 1600.

